IESVS, MARIA, JOSEPH, TERESIA.

SEPTENNA SACRA

SEV

CULTUS & DEVOTIO

Pro Septem Ferijs Quartis

In Honorem Septem Gaudiorum & Dolorum

S. IOSEPH

Nutritij IESV, Mariæq; Sponsi, ac omnium suorum Clientum Patris, Patroni, & Protectoris.

Adduntur ad hæc & alia Exercitia Spiritualiâ, Variæ Orationes, pro Sacrament: Confessione & Communione, & pro impetranda felici morte, & pro alijs quibuscunq; necessitatibus, cum Officio S. V Teresiæ, & Litanijs. vltimo aliquæ Orationes de B. Patre IOANNE à CRVCE, in afflictione dicendæ.

Anno Domini 1686.

CRACOVIÆ,
Ex Officina NICOLAI ALEXANDRI SCHEDEL, S. R. M. Typographi.

IESVS, MARIA, JOSEPH, TERESIA.

SEPTENNA SACRA

SEV

CULTUS & DEVOTIO

Pro Septem Ferijs Quartis

In Honorem Septem Gaudio-
rum & Dolorum

S. IOSEPH

Nutritij IESV, Mariæq; Sponsi, ac
omnium suorum Clientum Pa-
tris, Patroni, & Protectoris.

*Adduntur ad hæc & alia Exercitia Spiritu-
aliâ, Variæ Orationes, pro Sacrament: Con-
fessione & Communione, & pro impetranda
felici morte, & pro alijs quibuscunq; neces-
sitatibus, cum Officio S. V. Teresiæ, &
Litanijs. vltimo aliquæ Orationes de
B. Patre* IOANNE à CRVCE,
in afflictione dicendæ.

Anno Domini 1686.

CRACOVIÆ,
Ex Officina NICOLAI ALEXANDRI SCHEDEL,
S. R. M. Typographi.

DIVINISSIMI IOSEPH.

Qui cùm alienis non indiget Crescere encomiorum augmentis,

Cùm sit semper FILIVS ACCRESCENS JOSEPH:

Nihilominùs, vt magis adhuc Crescenti etiam accrescat & non decrescat Honor:

SEPTIES GAVDENTI, totiesq; DOLENTI,

SEPTENAM etiam SVA PROGENIES immolat DIERVM HECATOMBEN.

QVAM, tùm NVTRITO sui NVTRITII FILIO;

Tùm omnium CREATORIS GENITRICI

Ac

AC ÆTERNI DEI
MATRI,
IMMACVLATÆQ. IMMACVLATI
SPONSI SPONSÆ:
ET IPSI omnia PORTANTIS
PORTATORI SVCCOLANEO
INGENITÆ SAPIENTIÆ
ATHLANTI
DIVINISSIMO IOSEPH;
Tanquam dignissimis ENVTRITI
VNIGENITI NVTRITORIBVS.
CARA FILIO, FILIIQ; PA-
RENTIBVS consecrat
SOBOLES.
Illisq; ut potè VNICIS COR-
DIVM mancipati CVSTO-
DIBVS,

Debi-

APPROBATIO.

Cùm Libellum, cui Titulus eſt; SEPTENNA SACRA, ſeu Cultus Septem Dolorum & Gaudiorum Sanctiſſimæ Genitricis Dei MARIÆ Sponſi Beatiſſimi IOSEPHI, à ſacra ſua Sodalitate luci publicæ exponendum, & ad maiorem in cordibus fidelium deuotum feruorem per ſupradictum Cultum excitandum & augendum recognouerim, nihilq; in eo contra fidem deprehenderim, immò multa ſancta Exercitia cum varijs anagogicis Orationibus viderim ac luſtrauerim, ideò dignum cenſeo & concedo vt Typis mandetur.

Dat: Crac: 26. Iunij.
Anno Dñi 1686.

M. D. FRANCISCVS PRZEWOSKI, *S. Theol. Doctor & Profeſſor, Ordinar: Librorũ Cenſor.* mpp:

S. I.

S. IOSEPHI

Deuotè Clientibus pro Fructuosè peragenda SEPTENNA SACRA.

Informatio & Motiuum.

SEraphica Virgo & Mater, S. TERESIA vti Magistra, plena Cælestibus doctrinis, afflante sibi Spiritu Sancto, igne Diuino accensa, sufficientèr Lib: vitæ suæ Cap 6. Cælestiù doctrinæ pabulo erga SS. Nutritium IESV, Sponsum MARIÆ, imbuit mentes, accendit corda Fidelium; in hæc verbâ. In Patronum & Dominum meum selegi Gloriosum Virum S. IOSEPHVM eiusq́; Patrocinio me vnicè commendabam. Liquidò deindè perspexi sanctum hunc Patrem & Dominum meum, tàm in hac necessitate, quàm in alijs maximis, in quibus de anima meæ Honore & perditione agebatur, me liberasse; idq́; maiori meo bono, quàm eum rogare potuissem. Non memini me aliquid ab eo hactenus petijsse, cuius me compotem non red-

diderit. Nam alijs Sanctis, Deus gratiam dedisse videtur, vt in vna necessitate inuocantibus se, opitularentur, sed hunc Gloriosum Virum, Sanctissimum IOSEPHVM, ego experta sum, in qualibet necessitate, adiuuare & adesse, adeò, vt Dominus nobis indicare velle videatur, quòd quemadmodum illi in terra subditus fuit, sic Ei existenti in Cælo, nihil eorum, quæ petierit deneget,. Quod etiam alij nonnulli, quibus, vt Ei se commendarent, suaseram, re ipsâ verè experti sunt. Vnde iam plurimi sunt, qui singulari quodam affectu, erga hunc Sanctissimum Patriarchā feruntur & post multa: Hoc solùm ex amore Dei peto, vt quisquis mihi dicenti non credet, experiri velit, re ipsâ, & experientiâ sentiet, quantùm boni sequatur ex eo, quod Glorioso huic Patriarchæ se quis commendet, & eum singulari aliquo obsequio colat, & erga eum aliqua deuotione afficiatur, Huc vsq; verba S. TERESSIÆ singularis Clientis Sanctissimi IOSEPH. Plurima licet videre Annotata & commendata ab eadem S. V. TERESSIA in vita sua Cap. suprà ci-tato.

Eto, de eodem Sanctissimo IOSEPH. *Vide S. Bernardinum Senensem in suis Concionibus, S. Franciscum Salesium in suis sermonibus, R. P. Carthagenam, & alios plurimos Nouissimos Auctores in Ecclesia Dei, quanta Encomia, Laudes, &c. &c. attribuunt Sanctissimo* IOSEPHO, *quantis auxiliis gratijs, Protectione, Patrocinio Clientibus suis, ac inuocantibus se, omnibus deniq; Christi fidelibus, in omni necessitate suffragatur. Vnde non tàm ex nostra, sed ex supra annotatorum Sanctorum &c. &c. deuote Cliens & Cultor Patris Putatiui, Nutritijq;* IESV, *Matrisq; Eius Sponsi Sanctissimi* IOSEPHI, *ad recolendos dolores septem & gaudia, Septenni Cultu, ex informatione & Cælesti Doctrina, per Septem Ferias 4tas, vel per Septem Hebdomadæ dies, vel prout poteris, motiuum assume. Et secundùm* S. V. TERESSIAM, *in omni Tua intentione, & quacunq; animæ & Corporis, siue temporali siue Spirituali necessitate Tui boni affectûs ac desiderij compos eris. Modò cum viua fide, spe firma, Charitate possibili deuotus ad hanc* SACRAM SEPTENNAM *accedas.*



S. TERESIA à IESU — B. IOANNES à CRUCE

Constituit Eum, Dominum Domûs Suæ,
Et Principem, omnis Possesionis Suæ.

A. Towalewicz f.

Inuocatio S. Spiritûs quâlibet Feriâ 4tâ ante inchoandam deuotionem.

ANTIPHONA.

VEni Sancte Spiritus reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

℣. Emitte Spiritum tuum & Creabuntur.

℟. Et Renouabis faciem terræ.

Oratio.

DEvs qui corda Fidelium S. Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere.

Conscientias Nostras quæsumus Domine visitando purifica vt veniens IESVS Christus Filius Tuus Dominus noster, paratam sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecum viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Ad S. JOSEPH.

SAncte IOSEPH, qui magno animi amore agebas omnia, eò quòd scires te IESV & MARIÆ seruire. Ego eorundem honori, & ex amore eorum & tui, agere, orare, hunc Cultum exhibere tibi volo. Fac ergo, hæc omnia, perfecto amore cum effectu & fructu animæ meæ, agam ob finem tàm nobilem & excelsum, ad hanc scilicet intentionē &c. &c. (*Hic propone* propter quid hanc SACRAM SEPTENNAM incipis.)

Pro Prima Feria 4ta.

Ante vel post Sacram Confessionem & Communionē, à IESV *incipies, quem Tibi S. P.* IOSEPH *enutrire dignatus est.*

Litaniæ de IESV.

KYrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson. IESV Christe audi nos. IESV Christe exaudi nos. Pater de Cælis DEVS. Miserere nobis. Fili

Fili Redemptor mundi DEVS, Miſerere nobis.
Spiritus S. DEVS, Miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miſerere nobis,
Ieſu Fili Dei viui, miſerere.
Ieſu Splendor Patris, miſe.
Ieſu Candor lucis æternæ, miſe.
Ieſu Potentiſſime, miſe.
Ieſu Perfectiſſime, miſe.
Ieſu Glorioſiſſime, miſe.
Ieſu Mirifice, miſe.
Ieſu Iucundiſſime, miſe.
Ieſu Chariſſime, miſe.
Ieſu Splendidior Stellis, miſe.
Ieſu Pulchrior Luna, miſe.
Ieſu Clarior Sole, miſe.
Ieſu Admirabilis, miſe.
Ieſu Honorabilis, miſe.
Ieſu Humillime, miſe.
Ieſu Mitiſſime, miſe.
Ieſu Patientiſſime, miſe.
Ieſu Obedientiſſime, miſe.
Ieſu Dulciſſime, miſe.

Iesu Amator Castitatis. mise.
Iesu Amator noster, mise.
Iesu Amator Pacis. mise.
Iesu Speculum vitæ. mise.
Iesu Exemplar virtutum, mise.
Iesu Zelator animarum, mise,
Iesu Refugium nostrum, mise.
Iesu Pater pauperum, mise.
Iesu Consolator Afflictorum, mise.
Iesu Thesaurus Fidelium, mise.
Iesu Gemma pretiosa, mise.
Iesu Armarium perfectionis, mise.
Iesu Bone Pastor Ouium, mise.
Iesu Stella maris, mise.
Iesu Lux vera, mise.
Iesu Sapientia æterna. mise.
Iesu Bonitas infinita, mise.
Iesu Gaudium Angelorum, mise.
Iesu Rex Patriarcharum, mise.
Iesu Inspirator Prophetarum, mise.
Iesu Magister Apostolorum, mise.
Iesu Doctor Euangelistarum, mise.
Iesu Fortitudo Martyrum, mise.
Iesu Lumen Cofessorum, mise.

Iesu

Iesu Sponse Virginum, misc.
Iesu Fili MARIÆ, misc.
Iesu Fili S. IOSEPH, misc.
Iesu Corona SS. Omnium. misc.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi: Parce nobis IESV.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi: Exaudi nos IESV.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi: Miserere nobis IESV.
IESV Christe audi nos.
IESV Christe exaudi nos.
Kyrie eleison, &c.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Angelo nuntiante, per Beatum IOSEPHVM vnigenito Filio Tuo Nomen IESV imponere voluisti, da in hoc dulcissimo Nomine IESV per merita Sanctissimi IOSEPHI Sponsi Genitricis Dei MARIÆ, tranquilla illa pace lætari, & perpetuæ Tuæ visionis, cum IESV MARIA & IOSEPH consolatione perfrui.

Qui

Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum, Amen.

Pater Noster 3. Aue Maria 3. *adde post Aue Maria* Gloria Patri, &c. 3.

Primum Gaudium S. Ioseph.

SAncte IOSEPH gaudio plene, quando Mariam Sponsam Tuam, Virginitatis voto, Deo deuotam intellexisti, esto, vna cum illa Custos puritatis cordis mei, nullus vnquam amor resideat in Corde meo, nisi IESV MARIÆ & IOSEPH.

Pater Noster 3. Aue Maria 3. Gloria Patri, &c. 3.

Primus Dolor S. Ioseph.

SAncte IOSEPH cuius admirandum cum MARIA Matre Dei Coniugium, dolori primum tibi fuit, de puritate Tua nulli periculo exponenda: sed impulsu Diuino Coniugium illud nouũ, quod fuit virginitatis mysterium, iniisti, doce me per hunc dolorem Tuum, quomodò semper debeam, concipere

pere dolorem, de peccatis meis præteritis, ac fugam de futuris.

Pater Noster 1. Aue Maria 1. Gloria Patri, &c. Credo.

OFFICIVM
De
S. IOSEPHO
Ad Matutinum.

IESVS, MARIA, IOSEPH:

DOmine labia mea aperies, Et os meum annuntiabit Laudem Tuam.

℣. Deus in Adiutorium meum intende.

℞. Domine ad adiuuandum me festina.

℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

℞. Sicut erat in principio & nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. Alleluia, *vel* Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.

Hy-

HYMNVS.

O Magne IOSEPH, Regio
Magni Dauidis ortu,
Tu Virginalis Sponſus es,
Paterq; Virginalis
Felix Pudica Coniuge
Fælicior q; Prole.
O! me Tuorum gratiâ
Dignare Filiorum.

Ant: Cum eſſet Deſponſata Mater IESV MARIA IOSEPH, antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu S.

℣. Conſtituit eum, Dominum Domus ſuæ.

℟. Et Principem, omnis Poſſeſſionis ſuæ.

Oratio.

SAnctiſſimæ Genitricis Tuæ Sponſi, quæſumus Domine meritis adiuuemur, vt quod poſſibilitas noſtra non obtinet, eius nobis interceſſione donetur. Qui vivis & regnas cum Deo.

Deo Patre, in vnitate Spiritus S. Deus per omnia Sæcula Sæculorum, Amen.

Ad Primam.

JESVS, MARIA, JOSEPH.

DEus in Adiutorium meum intende, &c. *vt supra.*

HYMNVS.

SEcretus angor turbidum
Timorq; cor premebat:
Suspecta quando Coniugis
Cæpit fides videri.
Sed proditum mysterium
Timore liberauit.
Et me timores dum grauant,
Serenitate dona.

Ant: IOSEPH Fili Dauid, noli timere accipere MARIAM Coniugem Tuam, quod enim in ea natum est de Spiritu Sancto est; pariet autem Filium, & vocabis nomen eius IESVM, ipse enim saluum faciet populum suum, à peccatis eorum.

℣. Os

℣. Os Iusti, meditabitur ſapientiã.
℟. Et Lingua eius, loquetur Iudiciũ

Oratio.

DEvs, qui Beatum IOSEPHVM, anxium, & abſcondito Incarnati in Virgine Sponſa ſua verbi myſterio turbatum, per ſubmiſſum de Cælo Angelum es conſolatus: concede, vt quoties nos timore, angore, tribulatione opprimimur, eius ſolatio & Patrocinio ſerenemur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Ad Tertiam.

JESVS, MARIA, JOSEPH.

DEvs in Adiutorium meum intende, &c. *vt ſupra.*

HYMNVS.

IN Betthleem cum Coniunge
  Lex Cæſaris vocârat,
Sed ecce Diuerſorium
  Tibi nullum vacabat.
Hinc naſci in Antro debuit
  Cæli, ſoliq; rector. O!

O! Si mei vos hoſpites,
Placeret eſſe cordis.

Ant: Paſtores venerunt feſtinantes, & inuenerunt MARIAM & IOSEPH, & Infantem poſitum in præſepio.

℣. Iuſtus vt palma florebit.

℟. Sicut Cedrus libani multiplicabitur.

Oratio.

DEus virtutum largitor, da nobis quæſumus vt Beati IOSEPHI, ac Sponſæ eius Sanctiſſimæ celerem in ſuſcepto itinere Betthleemitico obedientiam, & poſt negatum ibidem diuerſorium, patientiam inſignem, imitari diſcamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Ad Sextam.

JESVS, MARIA, JOSEPH.

DEvs in Adiutorium meum intende, &c. *vt ſupra.*

HYMNVS.

HErodis iræ perfidi,
Cælo monente cedis.

Fugamq; Matre cum pia
Diuaq; prole captas,
Ægyptijs in angulis
Septem moraris annis.
Et me periclis exime,
Dum persequuntur hostes.

Ant: IOSEPH consurgens accepit Puerum & Matrem eius nocte, secessit in Ægyptum & erat ibi vsq; ad obitum Herodis.

℣. Lex Dei eius in corde ipsius.

℟. Et non supplantabuntur gressus eius.

Oratio.

DEvs qui Beatum IOSEPHVM, cum Puero IESV & Matre eius MARIA in Ægyptum descendere, ibiq; donec reuocaretur, permanere iussisti: præsta quæsumus, vt eorum exemplo & imitatione, nostrum in terris exilium, carne mortificati pro amore tuo patientèr feramus. Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

Ad Nonam.

JESVS, MARIA, JOSEPH.

DEus in Adiutorium meum intende, &c. vt supra.

HYMNVS.

FAtis Tyrannus cesserat,
Et Patriam reuisis
Conceptus illic Filius,
Redibat, educandus.
Flos nempe florum debuit
In florido educari.
O! sit cor meum Nazareth
Hoc Flore non carebit.

Ant: In somnis apparuit Angelus Domini Iosepho dicens, surge & accipe Puerum, & Matrem eius, & vade in terram Israel, defuncti sunt enim qui quærebant animam Pueri.

℣. IOSEPH deduxit agnum DEI, per desertum.

℟. Qui ducebat velut ouem IOSEPH.

Ora-

Oratio.

DEvs, qui Beatum IOSEPHVM cum Puero IESV & MARIA, Matre eius, post Septennium in Patriam reuocasti, concede: & nos in terris exules filij Euæ ad Cælestem Patriam, eorũ intercessione, feliciter perducamur. Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

Ad Vesperas.

JESVS, MARIA, JOSEPH.

DEvs in adiutorium meum intende, &c. *vt supra.*

HYMNVS.

AMissus angit Filius,
Amor, dolorq; certant,
Cum gaudio repertus est
Quæsitus in dolore.
O! detur in Templum, meo
Cor consecrare IESV,
Amoris illic hostias
Constantes immolabo.

Ant:

Ant: Remansit Puer IESVS in Ierusalem, & non cognouerunt Parentes eius, & post triduum inuenerunt illum, in Templo MARIA & IOSEPH, sedentē in medio Doctorum.

℣. Valde honorandus est Beatus IOSEPH.

℟. Inter cuius brachia recubuit Dominus.

Oratio.

DOmine IESV Christe, quem amissum S. IOSEPH, cum MARIA Matre Tua, triduo dolentes quæsierunt, concede nobis famulis eorum, vt Te per peccata nostra amissum pænitentiæ remedio inueniamus, & nunquam deinceps amittamus. Qui viuis & regnas cũ Deo Patre in vnitate Spiritus S. DEVS, per omnia sæcula sæculorum, A.

Ad Completorium.

JESVS, MARIA, JOSEPH.

COnuerte nos Deus Salutaris noster. Et auerte iram tuam à nobis.

Deus

Deus in Adiutorium meum intende, &c. *vt supra.*

HYMNVS.

CVm Matre Virgo Virgine,
Natoq; Virginali.
Viuendo vtrumq; nactus es,
Mortis Tuæ Patronum.
O! Si fauorem consequi,
Patrem mihi daretur.
Interq; ternos vos mori,
Ab hoste nil timerem.

Ant: Ecce homo sine quærela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo & permanens in innocentia sua. Ipse intercedat pro peccatis omnium Populorum.

℣. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est.

℟. Et de omni corde suo ministrauit Domino.

Oratio

DEbitum tibi Domine nostræ reddimus seruitutis, suppliciter exoran-

grantes, vt ſuffragijs Beati IOSEPH, Sponſi Genitricis Filij tui Domini noſtri IESV Chriſti, in nobis Tua munera, tuearis, ob cuius veneranda merita, hanc noſtram humilem deuotionē Tuæ Diuinæ Maieſtati præſentamus. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Hæc ſufficiant pro primâ Die.

Pro Secunda Feria 4ta.

Ante vel poſt Sacram Confeſſionem, & Cōmunionem, incipies à Sanctiſſima Dei Genitrice MARIA, *vti Sponſa Beatiſſimi* IOSEPH.

Litaniæ de B. V. MARIA.

KYrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon. IESV Chriſte audi nos. IESV Chriſte exaudi nos.

Pater de Cælis DEVS. Miſerere nobis.

Fili Redemptor mundi DEVS, Miſerere nobis.

Spiritus S. DEVS, Miſerere nobis.

Sancta Trinitas vnus Deus, Miserere nobis.

Sancta MARIA,
Sancta Dei Genitrix,
Sancta Virgo Virginum,
Mater IESV Christi,
Mater Diuinæ Gratiæ,
Mater Purissima,
Mater Castissima,
Mater Inuiolata,
Mater Intemerata,
Mater Amabilis,
Mater Admirabilis.
Mater Creatoris,
Mater Saluatoris,
Virgo Prudentissima,
Virgo Veneranda,
Virgo Prædicanda,
Virgo Potens,
Virgo Clemens,
Virgo Fidelis,
Speculum Iustitiæ,
Sedes Sapientiæ.
Causa nostræ lætitiæ,

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Vas

Vas Spirituale,
Vas Honorabile,
Vas insigne deuotionis,
Rosa Mystica,
Turris Dauidica,
Turris Eburnea,
Domus Aurea,
Fæderis Arca,
Ianua Cæli,
Stella Matutina,
Salus Infirmorum.
Refugium peccatorum.
Consolatrix Afflictorum,
Auxilium Christianorum,
Regina Angelorum,
Regina Patriarcharum,
Regina Prophetarum,
Regina Apostolorum,
Regina Martyrum,
Regina Confessorum,
Regina Virginum,
Regina SS Omnium,

Ora pro nobis. Ora pro nobis.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi:
Parce nobis Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi:
Exaudi nos Domine.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi;
Miserere nobis.
IESV Christe audi nos.
IESV Christe exaudi nos.
Kyrie eleison, &c.
℣. Ora pro nobis S. Dei Genitrix.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Beatissimæ Virgini MARIÆ ac Genitrici Vnigeniti Filij Tui Domini nostri IESV Christi, Beatissimum IOSEPH, Virum Iustum in Sponsum prouidere dignatus es, da nobis IESV MARIÆ & IOSEPH, meritis præsentis vitæ cursum sanctè peragere, ac eorum in hora mortis nostræ dulcissima frui præsentia. Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

Pater Noster 3. Aue Maria 3. *teries* Gloria Patri, &c.

Secundum Gaudium.

GRatulor Tibi S. IOSEPH de Gaudio quod habuiſti, cùm ab Angelo intellexiſti, nè Dei Matrem Virginem Mariam Sponſam tuam dimitteres, quod enim in ea natum erat, de Spiritu Sancto eſſe: impetra mihi, vt me nihil à MARIÆ Sponſæ tuæ cultu, ac conſortio Sancto abducat, nè illam dimittam, nè me illa deſerat in æternũ.

Pater Noſter 3. Aue Maria 3. *toties* Gloria Patri, &c.

Secundus Dolor.

SAncte IOSEPH, qui cùm deſponſata tibi MARIA iuuenta eſſet in vtero habens de Spiritu S. mæſtus ac incertus conſilij, cogitabas de illa occultè dimittenda impetra mihi cæleſtẽ prudentiam cum charitate coniunctam.

Pater Noſter 1. Aue Maria 1. Gloria Patri, &c. 1.

Litaniæ de S. IOSEPH, *ex SS. Patribus.*

KYrie eleyſon, Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. IESV Chriſte audi nos, IESV Chriſte exaudi nos.

Pater de Cælis Deus, Miſerere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, Miſerere nobis.

Spiritus S. Deus, Miſerere nobis.

Sancta Trinitas vnus Deus, Miſerere nobis.

Sancta Maria Regina totius mundi, Ora pro nobis.

S. Ioſeph B. V. Sponſe.
S. Ioſeph à peccato mortali immunis facte.
S. Ioſeph in gratia Confirmate.
S. Ioſeph Patriarcharum Culmē.
S. Ioſeph inter omnes in Connubium Virginis electe.
S. Ioſeph ineffabilibus benedictionibus donate.
S. Ioſeph cui Regina Cæli miniſtrauit.

} Ora pro nobis.

S. Io-

S. Ioſeph Chriſti Pater vocare.
S. Ioſeph Chriſti Nutritor amantiſſime.
S. Ioſeph Pueri IESV poſt Virginē primus Adorator.
S. Ioſeph qui Chriſtum ab Herodis nece liberaſti.
S. Ioſeph IESV & MARIÆ ſimillime.
S. Ioſeph donis Spiritus S. abūdantiſſime.
S. Ioſeph Vir Apoſtolice.
S. Ioſeph qui vt Angelus Diuina oracula retuliſti.
S. Ioſeph qui vt Princeps Angelicus Chriſtum magni Conſilij Angelum gubernaſti.
S. Ioſeph Dominationibus maior cui Rex & Regina Cælorum ſeruierunt.
S. Ioſeph in cuius brachijs & gremio tanquam in Throno Chriſtus inſedit.
S. Ioſeph, qui vt Cherubim, Vir-

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

ginis veri Paradiſi cuſtodiam habuiſti.

S. Ioſeph amore Seraphico in morte tua ardens.

S. Ioſeph contemplator altiſſime.

S. Ioſeph inter brachia Chriſti defuncte.

S. Ioſeph inter Angelicos concentus poſt mortem excepte.

Ora pro nobis.

S. Ioſeph ad limbum Patrum Chriſti Præcurſor.

S. Ioſeph qui cum Chriſto inter alios reſurrexiſti.

S. Ioſeph qui cum corpore & anima peculiaribus gloriæ donis frueris.

S. Ioſeph Patrone & defenſor noſter Dulciſſime.

Ora pro nobis.

S. Ioſeph cum IESV & MARIA adſis nobis in agonia. Te rogamus audi nos.

℣. Ora pro nobis Beatiſſime Pater IOSEPH.

℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. *Ora-*

Oratio.

ADesto nobis quæſumus miſericors Deus & intercedente pro nobis Beato IOSEPH, tua circa nos propitius dona, nunc & in hora mortis noſtræ cuſtodi. Per Chriſtum Dominum noſtrum Amen.

HYMNVS

Deuotus de S. IOSEPH.

SAlue Pater Saluatoris,
Salue Cuſtos Redemptoris
IOSEPH ter amabilis.
Salue Sponſe Matris Dei
Salue Hoſpes IESV mei
IOSEPH ter amabilis.
Dulces cunæ, dulces panni,
Dulces dies, dulces Anni,
Dum nutriſti Dominum.
O quam fuit admiranda
Tua vita veneranda
Habens Dei Filium,
IESVM oculis vidiſti
Et in brachijs tuliſti
O ſuauis felicitas,

Genis genas admouisti
Oscula dans accepisti
O felix suauitas.
Modò Deum appellasti
Modò Regem nominasti
Inter mille gaudia.
Modò Patrem adorandum
Modò natum adamandum
Inter mille basia.
IESVM brachijs tenere
Atq; totum possidere
O quantæ diuitiæ.
Cum MARIA conuersari
Dei natum amplexari
O quantæ delitiæ.
Quis est homo, qui amare
Atq; Iesulum portare
Nollet suis brachijs.
Nullus est qui non ambiret
Et qui cunas non adiret
Pro tantis delicijs.
O mi IOSEPH plùs amande
Et præ cunctis honorande
O flos pudicitiæ.

Tibi tanta sors est data
Quanta nulli est collata
Ab Auctore gratiæ.
O Felicem & beatum
Custodiri cui est datum
Tuo sub præsidio.
Et qui meruit habere
Te Patronum & gaudere
Tuo Patrocinio.
Per MARIÆ tuæ Matris
Preces & Ioseph Patris
IESV Tu nos adiuua,
Vt possimus te videre
Et æternum possidere
In Cælesti Patria. Amen.

℣. Gloria & honore coronasti eũ Domine.

℟. Et constituisti eum, super opera manuum tuarum.

Oratio.

BEati IOSEPH Patriarchæ tui Domine subsidijs adiuuemur, qui & temporalem vnigeniti Tui fideliter educa-

educauit infantiam, & eiusdem Genitricis Virginis virgineus ipse custos & testis esse meruit & minister. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Pro Tercia Feria 4ta.

Ante vel post Sacram Confessionem & Communionem.

Pater Noster 3. Aue Maria 3. Gloria Patri &c. 3.

Tertium Gaudium.

GRatulor tenerrimis gaudijs tuis, S. IOSEPHE, quibus perfusus es, cum IESVM recens natum adorares, Angelos canentes audires, Pastores Nouum Regem salutantes videres, MARIÆ Dei Matri seruires, doce me amare & adorare IESVM, colere ac venerari MARIAM, cum Angelis vtriq; & tibi seruire, vt illis & tibi seruiens tandem saluus fiam.

Pater Noster 3. Aue Maria 3. Gloria Patri &c. 3.

Ter-

Tertius Dolor.

SAncte IOSEPH doloreplene, quando cum Virgine MARIA desponsata tibi vxore prægnante, in Betthleem non erat locus in diuersorio; adeoq; natus ex illa Deus & Homo inclinari debuit in præsepio; impetra mihi fortitudinem contra hostes meos visibiles & inuisibiles maximè in hora mortis meæ.

Pater Noster 1. Aue Maria 1. Gloria Patri &c. 1.

OFFICIVM
De
S. IOSEPHO
Ad Matutinum.

IESVS, MARIA, IOSEPH:

DOmine labia mea aperies, Et os meum annuntiabit Laudem Tuam.

℣. Deus in Adiutorium meum intende.

℟. Domine ad adiuuandum me festina. ℣. Glo-

℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

℟. Sicut erat in principio & nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. Alleluia, *vel* Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.

HYMNVS.

NAtales Dauidica radice sortitus
IESV Christi Domini Pater aduocatus.
Dei Matri MARIÆ sanctè desponsatus,
Matris atq; Filij Custos cælo datus.

Ant: Salue Patriarcharum decus, cui Deus Omnipotens benedictionibus cæli, desuper benedixit.

℣. Factus es similis, in gloria Sanctorum.

℟. Et glorificatus, in conspectu Regum.

Oratio.

SAnctissimæ Genitricis Tuæ Sponsi, quæsumus Domine meritis adiuuemur, vt quod possibilitas nostra non

obti-

obtinet, eius nobis intercessione donetur. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus S. Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Ad Primam.

JESVS, MARIA, JOSEPH.

DEus in Adiutorium meum intende, &c. *vt supra.*

HYMNVS.

CVm MARIAM grauidam stupens inueniret,
Nutabat an deinceps illam custodiret.
Sed Cælestis nuntius, Somnis dum apparet,
Monens vt interritus Sponsam retineret.

Ant: Salue Sapientissime Oeconome, qui vitalis panis, vineæq; florentis custos extitisti.

℣. Posuit te Deus, Dominum Domus suæ.

℟. Et

℟. Et Principem omnis possessionis suæ.

Oratio.

DEus qui vnigenito tuo, temporales absq; carnali commercio Parentes, Iustum IOSEPH & MARIAM Coniuges Virgines tribuisti: fac nos quæsumus eorum intercessione Cælestium participes nuptiarum. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Ad Tertiam.

JESVS, MARIA, JOSEPH.

DEvs in Adiutorium meum intende, &c. *vt supra.*

HYMNVS.

FElix qui mirabiles splendores Astrorum,
Vidit & percipiens melos Angelorum.
Acceptauit munera Votiua Pastorum.
Et dona Christo data de manu Magorum.

Ant:

Ant: Salue Pater Sanctissime, qui magni consilij Adiutor, Dei Matris solatium, Christiq; Nutricius esse meruisti.

℣. Cibasti Christum, ex adipe frumenti.

℟. Qui de petra mellis, saturauit te.

Oratio.

VEneramur Domine S. Pater Omnipotens, iusti IOSEPH. Sanctimoniam, à quo educatum credimus Filium tuum, nobis datum & natum; cuius nos meritis ab omni malo custodias, & Spiritualibus gratiæ tuæ Cælestis alimẽtis saties. Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

Ad Sextam.

JESVS, MARIA, JOSEPH.

DEvs in Adiutorium meum intende, &c. *vt supra.*

HYMNVS.

HErodes impius, cum lactentes necat, No-

Nocte de Cælo Deus, Gabrielem legat.
Imperans vt ocyùs IOSEPH strato surgat,
Et Coniugem cum Filio in Ægyptum ducat.

Ant: Salue Viatorum prudentissime, qui crudelitati Herodis, Auctorem vitæ migrans in Ægyptum subtraxisti.

℣. IOSEPH deduxit Agnum Dei, per desertum.

℟. Qui ducebat, velut ovem IOSEPH

Oratio.

BEati IOSEPH Patriarchæ tui Domine subsidiis adiuuemur, qui & temporalem vnigeniti Tui fideliter educauit infantiam, custodiuitq́; vitam, & eiusdem Genitricis Virginis Virgineus ipse Custos, & testis esse meruit. Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

Ad

Ad Nonam.

JESVS, MARIA, JOSEPH.

DEus in Adiutorium meum intende, &c. *vt supra.*

HYMNVS.

DEefuncto, qui Puerum morti destinabat,
Ad IOSEPH, Archangelus legatus reuelat.
Tandem duræ finibus Ægypti recedat,
In Iudæã protinus, reduxire pergat.

Ant: Salue Cælestium mysteriorum particeps, qui ad nutum Archangeli Gabrielis ex Ægypto, cum IESV & MARIA incolumis redis.

℣. Habitasti in Adiutorio Altissimi.

℟. Qui habitas in Cælis.

Oratio.

GRatias agimus tibi Domine pro Virginali Coniugio Iusti IOSEPH & MARIÆ, postulantes, vt benedicti fru-

fructus in eo nati, perpetua ſuauitate fruamur. Qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorum, Amen.

Ad Veſperas.

JESVS, MARIA, JOSEPH.

DEvs in adiutorium meum intende, &c. *vt ſupra.*

HYMNVS.

CVm IESVS adhuc infans, bis ſex annos natus,
Se ſubtraxit oculis, factus causâ fletus
Tunc datus Parentibus mœſtis labor tantus,
Donec in templo docens, Puer eſt repertus.

Ant: Salue Patrum vigilantiſſime, qui Filium Virginis amiſſum & in templo docentem ſumma diligentia quærens inueniſti.

Oratio.

SAncti IOSEPH quæſumus Domine Deus interuentu Eccleſiæ pax & de-

uotio

uotio foueatur, cuius immaculatæ virginitati, Beatæ MARIÆ Coniugata Virginitas, Spiritu S. fæcundata mundo peperit Saluatorem. Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus S. Deus per omnia sæcula sæculorum, A.

Ad Completorium.

JESVS, MARIA, JOSEPH.

COnuerte nos Deus Salutaris noster. Et auerte iram tuam à nobis.

Deus in Adiutorium meum intende, &c. *vt supra.*

HYMNVS.

TAndem vitæ terminum cum IOSEPH compleuit.
IESVS Patris Spiritum Patri commendauit.
Sacra corpus contegi tellure mandauit,
Vnde viuum moriens credo quod leuauit.

Ant: Salue virorum felicissime, cuius morientis animam, in felicitatis Domicilium Christus collocauit.

℣. Te

℣. Te IESVS in laboribus, honestauit.

℟. Et labores tuos, feliciter compleuit.

Oratio.

OMnipotens & misericors Deus, qui Beatum IOSEPH iustum, Filium Dauid, Beatæ Virgini MARIÆ tuæ Matri Sponsum prouidisti, & Tuum Nutritium elegisti, da quæsumus, vt eius precibus & meritis Ecclesia tua tranquilla pace lætetur, & ad perpetuæ visionis tuæ consolationem perducatur. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum, Amen.

Commendatio.

SAncte IOSEPH humilis Cohors alumnorum,
Has horas tibi dicit, Patrone piorũ.
Vt cætum quem protegis, tibi deuotorum.
In celsam Tecum ducas sedem Beatorum.

Pro

Pro Quarta Feria 4ta.

Ante vel post Confessionem, & Sacram Communionem.

Pater Noster, 3. Aue Maria 3. *toties* Gloria Patri, &c.

Quartum Gaudium.

SAncte IOSEPH, qui in Ægypto licet exul, gaudens tamen, quia à Tyranno securus cum IESV & MARIA vixisti, ac cum ijsdem in Patriam rediisti; impetra mihi vt in hoc exilio, ita viuam IESV & MARIÆ ac tua ope securus, vt nullum periculũ peccati, & hostis animæ meæ possit me à vobis auellere, ad securitatisq; Patriæ æternæ locum vobiscum feliciter redeam.

Pater Noster 3. Aue Maria 3. *toties* Gloria Patri, &c.

Quartus Dolor.

SAncte IOSEPH magno dolore anxie, cum IESVM Tuum ab Herode quærendum ad cædem intellexisti, & nocte

illum monitus ab Angelo Domini, cũ MARIA accepisti, ac in Ægyptum fugisti; protege me cum IESV, & MARIA, & si quis animæ tyrannus, vel occasio quærat ad perdendum me in æternum: doce me IESVM & MARIAM accipere, doce me tenere, doce peccatum omne fugere.

Pater Noster 1. Aue Maria 1. Gloria Patri &c. 1.

Officium de S. IOSEPH *recitabis ex prima Feria 4ta.*

Litania ad Consanguineos IESV, MARIÆ & JOSEPH.

KYrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson, IESV Christe audi nos. IESV Christe exaudi nos.

Pater de Cælis Deus, Miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, Miserere nobis.

Spiritus S. Deus, Miserere nobis.

Sancta Trinitas vnus Deus, Miserere nobis.

IESV Fili Dei viui, Miſerere nobis

IESV Fili MARIÆ Virginis, Miſerere nobis.

IESV Fili Dauid, Abraam, Iſaac, & Iacob, Miſerere nobis.

Maria Filia Dei Patris, Ora pro nobis.

Maria Sponſa Spiritus Sancti, Ora pro nobis.

Maria Mater Filij Dei. Ora pro nobis.

Ioſeph Pater IESV Filij Dei appellate. Ora pro nobis.

Ioſeph Sponſe MARIÆ Virginis præ omnibus electe. Ora pro nobis

Ioſeph Fili David ex regali Progenie. Ora pro nobis.

IESV Chriſte Saluator noſter Benigniſſime, Miſerere nobis.

MARIA Virgo aduocata noſtra Clementiſſima. Ora pro nobis.

Ioſeph Vir Iuſte & Patrone noſter amabiliſſime. Ora pro nobis.

S. MARIA Mater IESV. Ora pro nobis,

S. Ioseph Pater IESV & Nutritie.
S. Ioachim.
S. Ioannes Baptista.
S. Iacobe Maior.
S. Ioannes Euangelista.
S. Iacobe Minor.
S. Iuda Thadæe.
S. Cleopha.
S. Simeon.
S. Ioseph cognomento Iuste.
S. Zacharia.
S. Anna.
S. Elisabetha.
S. Maria Cleophæ.
S. Maria Salome.

} Ora pro nobis. Ora pro nobis.

Omnes Sancti. Orate pro nobis

IESV MARIÆ & IOSEPH Consanguinei.
Intercedite pro nobis.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi,
Parce nobis IESV.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi,
Exaudi nos IESV.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi,
Miserere nobis IESV.

IESV

IESV Christe audi nos.
IESV Christe exaudi nos.
Kyrie eleyson, Christe eleyson,
Kyrie eleyson.

Pater Noster &c. Aue Maria &c.

℣. Orate pro nobis Omnes Sancti, IESV MARIÆ & IOSEPH Consanguinei.

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio.

DOmine IESV Christe Saluator ac Redemptor noster in vnione meritorum tuorum Beatæ MARIÆ semper Virginis, Sancti IOSEPHI & omnium Sanctorum, eorum præcipuè, quos secundùm carnem Sacratissimæ Humanitati tuæ Consanguineos habuisti, suppliciter, te rogamus, vt quos tanta dignatio tibi in Carne fecit esse Coniunctos, eorum intercessio nos tibi semper reddat acceptos, & contra omnes incursus diaboli, carnisq; illecebras ac mundi pericula præstet esse securos, vt bonis operibus iugiter inten-

ti quorum memoriam celebramus in terris, de eorum quoq; gloria cum Parentibus Consanguineis, Benefactoribus Fratribus, Sororibus, & amicis nostris, lætari mereamur in cælis. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO
De Conuersatione IESV, MARIÆ, & IOSEPH.

DEus qui Beatam Virginem MARIAM, per misericordiam tuam concessisti nobis Matrem, præsta quæsumus, vt eius Sanctam cum Filio suo IESV ac Sponso castissimo IOSEPH conuersationem imitantes, sanctè viuamus, sanctèq; moriamur, & ad Cælestem Beatorum Conuersationem, citò è purgatorio post mortem liberati peruenire mereamur. Per Dominum nostrum IESVM Christum, &c.

Ad S. Ioachimum Patrem Beatissimæ Virginis.

O Beate IOACHIME Pater Matris Virgi-

Virginis, nos extolle in sublime, ductu sacri flaminis, vt curramus ad virtutem serijs progressibus, assequamurq; Salutem, iuncti Cæli Ciuibus.

℣. Potens in terra, erit semen eius.

℟. Generatio Rectorum, benedicetur.

Oratio.

DEvs qui præ Omnibus Sanctis tuis, Beatum IOACHIMVM, Genitricis Filij Tui Patrem esse voluisti, concede quæsumus, vt cuius memoriã veneramur, eius quoq; perpetua Patrocinia sentiamus. Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

Ad S. ANNAM Matrem, Matris DEI.

ANNA Parens sublimis Dominæ, quæ est Mater misericordiæ, gemma lucens Cælestis curiæ, Te veneramur amore Filiæ. O Beata ANNA quæ semper regnas cum Angelis, illic nostri sic memor esto, vt tuo mereamur sociari Collegio.

℣. Diffusa est gratia in labiis tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Oratio.

DEus qui Beatæ ANNÆ, gratiam conferre dignatus es, vt Genitricis Filij tui Domini nostri IESV Christi, Mater effici mereretur, concede propitius, vt cuius Commemorationẽ celebramus, eius apud te Patrocinijs adiuuemur. Per eundem Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum. Amen.

Pro Quinta Feria 4ta.

Ante vel post Sacram Confessionem & Communionem.

Pater Noster, 3. Aue Maria, 3. Gloria Patri &c. 3.

Quintum Gaudium.

SAncte IOSEPH læte redux in Nazareth, vbi cum IESV Puero, & MA-

RIA Sponſa Matre Virgine, in conui-ctū beatiſſimo habitaſti; impetra mihi vt benè ſciam habitare Tecum, IESV, & MARIA, & quæq; in vobis imitatus, perueniam lætus te Duce, IESV & MARIA, ad Societatem Ciuium ſupernorum.

Pater Noſter 3. Aue Maria 3. *toties* Gloria Patri &c.

Quintus Dolor.

SAncte IOSEPH doloris iterum plene, cum ex Ægypto redux in Iudæam ire timuiſti, ne in Archelaum incideres, Herodis Filium tunc regnantem; doce me ita ſcitè ac ſapientèr Angeli mei monitis parere, vt quidquid animæ meæ periculum creare poteſt, totum id euitem.

Pater Noſter 1. Aue Maria, 1. Gloria Patri *1.*

OFFICIVM
De
S. IOSEPH.

Ad Matutinum.

JESVS, MARIA, JOSEPH.

DOmine labia mea aperies. Et os meum annunciabit laudem Tuam.

℣. Deus in Adiutorium meum intende.

℟. Domine ad adiuuandum me festina.

℣. Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto.

℟. Sicut erat in Principio & nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. Alleluia, *extra septuagesimam aliàs* Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.

HYMNVS.

IOSEPH Dauid Filius, Clara stirpe natus. IESV

IESV Christi Domini Pater nuncupatus.
Matris Dei Sponsus Cælitùs vocatus,
Vtriusq; Custos cælo destinatus.

Anth: Salue Patriarcharum decus & Ecclesiæ Sanctæ Dei œconomus cui Panem vitæ, & frumentum electorũ conseruasti.

℣. Ora pro nobis Beatissime IOSEPH.

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio.

SAnctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine meritis adiuuemur, vt quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis intercessione donetur. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum, Amen.

Ad Primam.

IESVS, MARIA, JOSEPH.

DEvs in Adiutorium meum intende, &c. *vt supra.*

HYMNVS.

TV qui Sponſam grauidam dolens cum videres,
Cogitabas anxius, an eam retineres.
Sed Cæleſtis monitor ne amplius timeres,
In ſomnis admonuit, vt potius gauderes.

Ant: Salue Patriarcharum &c.
Verſus, Oratio, *vt ſupra.*

Ad Tertiam.

JESVS, MARIA, JOSEPH.

DEvs in Adiutorium meum intende, &c. *vt ſupra.*

HYMNVS.

BEthleem es profectus, cenſum ſoluturus,
Cum prægnante Virgine, vbi naſciturus.
Erat mundi Dominus, quiq; mox facturus,
Vt ipſum Infantulum eſſes amplexurus.

Ant:

Anth: Salue Patriarcharum, &c.
Versus, Oratio, *vt supra.*

Ad Sextam.

JESVS, MARIA, JOSEPH.

DEus in Adiutorium meum intende, &c. *vt supra.*

HYMNVS.

CVm Herodes impius in pueros sæuiret,
Gabrielis monitu, ne amplius dormiret,
Retulisti Sponsæ, vt tecum veniret,
Et accepto Paruulo in Ægyptum iret.

Anth. Salue Patriarcharum, &c.
Versus, Oratio, *vt supra.*

Ad Nonam.

JESVS, MARIA, JOSEPH.

DEvs in Adiutorium meum intende, &c. *vt supra.*

HYMNVS.

HOstibus defunctis inde recessisti,
Et in Galilæam, tecum reduxisti.
Puerum & Sponsam sicut didicisti
Cælitùs, in Nazareth humilis vixisti.
Anth Salue Patriarcharum, &c.
Versus, Oratio, *vt supra.*

Ad Vesperas.

IESVS, MARIA, IOSEPH.

DEvs in Adiutorium meum intende, &c. *vt supra.*

HYMNVS.

O qui IESVM factum duodecim annorum
Perdidisti, tuum lumen oculorum;
Sed inuentum postea, in medio Doctorum,
Custodisti sedulus Regem Angelorum.
Anth: Salue Patriarcharum, &c.
Versus, Oratio, *vt supra.*

Ad

Ad Completorium.

JESVS, MARIA, JOSEPH.

COnuerte nos Deus Salutaris noster. Et auerte iram tuam à nobis.

Deus in Adiutorium meum intende, &c. *vt supra.*

HYMNVS.

FElix cùm in vlnis IESVS cum MARIA
Tenuit cubantem, dum in agonia
Spiritum efflares, vt directâ viâ
Tenderes ad Patres, functus vita pia.

Anth: Salue Patriarcharum, &c.
Versus, Oratio, *vt supra.*

Litaniæ de S. JOSEPH.
ex Sacra Scriptura.

KYrie eleyson, Christe eleyson. Kyrie eleyson. IESV Christe audi nos. IESV Christe exaudi nos.
Pater de Cælis Deus, Miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus. Misc.

Spiritus Sancte Deus. Miserere nobis,

S. Trinitas vnus Deus, Miserere.

S. MARIA.

S. Ioseph Vir Mariæ, de qua natus est IESVS.

S. Ioseph à Spiritu Sancto, Iuste nominate.

S. Ioseph Fili Dauid, ab Angelo de Diuina Maternitate MARIÆ admonite.

S. Ioseph qui nasciturum MARIÆ Filium, IESVM vocare iussus es.

Ora pro nobis.

S. Ioseph qui in Bethleem ascẽdisti, vt profitereris cum MARIA desponsata tibi Vxore prægnante.

S. Ioseph, Cui, & MARIÆ non erat locus in diuersorio.

S. Ioseph, quem moniti ab Angelis canentibus Pastores inuenerunt, cum MARIA & Infante posito in præsepio.

Ora pro nobis.

S. Io-

S. Ioſeph, qui Nomen IESV antea ab Angelo prænuntiatũ Saluatori noſtro in Circumciſione eius, cum MARIA, imppoſuiſti.

S. Ioſeph qui cum MARIA, IESVM in Templum tuliſti, & hoſtiam Deo Patri obtuliſti.

S. Ioſeph, qui cum MARIA, mirabaris ſuper his quæ in Templo à Simeone de IESV dici audiviſti.

S. Ioſeph, Cui poſtquam receſſerunt Magi, Angelus in ſomnis dixit: Surge & accipe Puerum & Matrem eius & fuge in Ægyptum.

S. Ioſeph, Cui Angelus Domini in Ægypto apparens dixit, vt redires in terram Iſrael.

S. Ioſeph qui in Templum, cum IESV & MARIA aſcendiſti.

S. Ioſeph qui IESVM amiſſum dolenter quærens cum MARIA, inter Doctores in templo inueniſti.

Ora pro nobis.

S. Io-

S. Ioseph, à MARIA Pater IESV appellate. Ora pro nobis.
S. Ioseph, cui subditus IESVS proficiebat sapientiâ ætate, & gratiâ, apud Deum & homines.
IESV Christe audi nos.
IESV Christe exaudi nos.
Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.

Pater Noster, &c.

℣. Et nè nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Ora pro nobis Beatissime IOSEPH.

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio.

DEVS qui ad obsequendum, Beatissimæ MARIÆ semper Virgini, ac suo Dilecto Filio, Domino nostro IESV Christo, Beatum IOSEPHVM, fidelem Ministrum deputasti? eumq; Virum eiusdem semper Virginis MARIÆ, ac Pa-

ac Patrem Dilecti Filij tui vocari voluisti: libera nos eius meritis & precibus, ab omni immunditia mentis & corporis, vt cum veste nuptiali, ad Conuiuium tuæ gloriæ intrare mereamur. Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

Pro Sexta Feria 4ta.

Ante vel post Sacram Confessionem & Communionem.

Pater Noster 3. Aue Maria 3. Gloria Patri &c. 3.

Sextum Gaudium.

SAncte IOSEPH, qui duodennem Puerum IESVM, lætus in templo inter Doctores inuenisti; quære me seruum tuum quæso, dum me ipse perdo: & apud IESVM & MARIAM effice, vt semper in ijs sim quæ Dei sunt: offerro nunc omnia & singula Honori & Amori Dei, quæ omnia coniunge, cum meri-

meritis IESV MARIÆ, ac Tuis Patrone mi Sanctissime.

Pater Noster 3. Aue Maria 3. Gloria Patri *toties*.

Sextus Dolor.

SAncte IOSEPH, ob illum dolorem cordis tui, quem ob amissum duodennem IESVM habuisti, doce me illum, per etiam minimum peccatum non amittere, doce quidquid me ab illo separari potest, totis viribus detestari.

Pater Noster 1. Aue Maria 1. Gloria Patri &c. 1.

Officium de S. IOSEPH *hoc die recitabis ex Tertia Feria 4ta. quo finito Litanias has dices.*

KYrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. IESV Christe audi nos. IESV Christe exaudi nos.

Pater de Cælis Deus. Miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus. Miserere nobis.

Spi-

Spiritus S. Deus. Miſerere nobis.

Sancta Trinitas vnus Deus. Miſerere nobis.

S. MARIA Sponſa S IOSEPHI.
S. Ioſeph Sponſe Matris Dei.
S. Ioſeph Amator & Cultor Virginitatis.
S. Ioſeph Beatiſſime Beatorum.
S. Ioſeph Decus Sponſorum.
S. Ioſeph Exul cum Chriſto in Ægyptum.
S. Ioſeph Fili Dauid.
S. Ioſeph Gener Ioachim & Annæ
S. Ioſeph Hoſpes Verbi Incarnati.
S. Ioſeph Iuſtificate in vtero Matris.
S. Ioſeph Lumen opificum.
S. Ioſeph Miniſter Circumciſionis Chriſti.
S. Ioſeph Nutritie Pueri IESV.
S. Ioſeph Pater IESV Chriſti Putatiue.
S. Ioſeph Tutor Filii Dei.

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

S. Io-

S. Ioſeph Virgo Pater.
S. Ioſeph Moriens inter brachia IESV & MARIÆ.
S. Ioſeph ſingularis Protector noſter.
S. Ioſeph ſingularis Patrone Agonizántium.
S. Ioſeph Auxiliator periclitantium.
S. Ioſeph Conſolator Afflictorũ.

} Ora pro nobis.

Agnus Dei &c. Agnus Dei &c. Agnus Dei &c.

HYMNUS

Ad JESVM, MARIAM, & JOSEPHVM.

1.

O Veneranda Trinitas
IESVS IOSEPH & MARIA
Quam coniunxit Divinitas
Charitatis concordiâ.

2.

Mater Virgo Puerpera
Aſtat in Diuerſorio
Cui IESVS ſuxit vbera
Gaudet IOSEPH obſequio.

Hic

3.

Hic Virgo ſeruit Virgini
Humili benignitate
Sed Virgineo Germini
Ampliori Charitate.

4.

Magna laus Humilitatis
In IOSEPH, ſed in Virgine
Maior: & in Deitatis
Prole, laus eſt in Culmine.

5.

Hunc Humilitatis Thronum
Trinis diſtinctum gradibus
Tantumq; gratiæ donum
Nunc extollamus laudibus.

6

Vt Humilitatis viam
Suis ſequi ſuffragiis
Donetur: & per gratiam,
Æternis frui gaudiis

7.

Amen dicamus ſinguli
Huic ſacro cætui Trino
Laudantes, Canentes Seruuli
Vni Trinoq; Domino. Glo-

8.

Gloria IESV Filio
Gloria MARIÆ Matri
Gloria IOSEPHO Sponso
Vtriq; Amantissimo.

ORATIO

Ab Ecclesia Cathedrali & Ciuitate Tullensi A. D. 1651. edita

O Trinitas Cæli adorabilis & Gloriosa quæ nobis Admirabilem in terra exhibuisti Trinitatē IESVM, MARIAM, IOSEPH, & præuenisti eam in benedictionibus dulcedinis, IESVM constituens vt fontem, MARIAM & IOSEPHVM, vt aquæ ductum, aquæ scilicet exeuntis de Paradiso gratiæ tuæ vt terram cordis nostri aridam fæcundarēt. Da nobis hanc Trinitatem colere, sanctaq; deuotione, in terris IESVM adorare, MARIAM & IOSEPH venerari, vt nos tandem dignentur suscipere, in æternam suam Conuersationem Cælestem, vbi Trinitate perfectâ, licebit in æter-

æternum frui, in illa ſemper videre illam, in ſæcula ſæculorum laudare & benedicere. Amen

SAnćte IOSEPH, in cuius ſinu ſæpè ſedit Puer ille IESVS, Deus ille, qui ignis conſumens eſt, qui ignem venit mittere in terram, ingere, inſere cordi meo, terræ huic duræ & aridæ, hunc IESVM, amoris ignem accendentem, vt totus ardeam, nec vllam cordis mei partem poſſit obtinere, otium, acedia, illecebra cogitatio. O IESVS, ò MARIA, ò IOSEPH, hæc ſit cordis mei cogitatio & conſolatio.

Pro Septima Feria 4ta.

Hoc die facienda eſt omninò Sacra Confeſſio & Communio ad intentionem tuam, & pro gratiarum actione, pro felicitèr perſoluta hac SACRA SEPTENNA.

Ante hanc ergo vel post Sacram Confessionem & Communionem incipe.

Pater Noster 3. Aue Maria 3. *toties* Gloria Patri, &c.

Septimus Dolor.

SAncte IOSEPH qui moriens, non sine dolore tulisti Te à IESV & MARIA separari, rogo Te per amorem IESV & MARIÆ, vt præsis omnibus doloribus mortis meæ.

Pater Noster 3. Aue Maria 3. *toties* Gloria Patri, &c.

Septimum Gaudium.

SAncte IOSEPH cuiq; mors inter dulces IESV & MARIÆ complexus pulcherrima, facta est morientium solatium singulare & exemplum, ô Sancte mi Pater IOSEPH, per omnem, quo IESVS & MARIA, Te amauit, Tu quoque illos amasti amorem; per omnem, qua te Sancta Virgo & Mater TERE-

SIA

SIA omnesq; Tui Clientes, coluerunt vel colunt pietatem; per omnia Tua pro animabus corporibusq; facta miracula, per omnem gratiam & gloriam, quibus Te Sanctissima Trinitas cumulauit. Ad extremum, per Nomen IESV, MARIÆ, & IOSEPH, impetra mihi, vt in IESV MARIÆ Tuoq; amplexu, dignus viuam & moriar, vt sim inter illos in æternum, & vt Tua pijssimâ ope, egressa anima mea de hoc mortali corpore, ad Sacro-Sanctum Diuinæ Trinitatis Mysteriũ contẽplandũ, admittatur, A.

Pater Noster 1. Aue Maria 1. Gloria Patri 1. & Credo.

LITANIÆ.

De S. IOSEPH à Confratribus & Consororibus recitari solita.

KYrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson, IESV Christe audi nos. IESV Christe exaudi nos. Pater de Cælis Deus, Miserere nobis. Fili Redemptor mundi Deus, Miserere nobis.

Spiritus S. Deus, Miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miſerere nobis.

S. MARIA.
Mater IESV.
Sponſa S. IOSEPHI.
S. IOSEPH.
Sponſe MARIÆ.
Nutritie IESV.
Vir ſecundum cor Dei.
Fidelis ſerue & Prudens.
In Virginitate mundiſſime.
In Humilitate profundiſſime.
In Charitate Dei, ardentiſſime.
In Contemplatione altiſſime.
Qui Vir Iuſtus ab ipſo Spiritu S. es vocatus.
Qui de Sacro Incarnati Verbi myſterio cælitùs es edoctus.
Qui in Bethleem cum MARIA deſponſata tibi Vxore prægnante profectus es.
Qui locum non inueniens in diuerſorio ad ſtabulum diuertiſti.

} Ora pro nobis. Ora pro nobis.

Qui

Qui Christo Circumciso Nomen IESV imposuisti.
Qui Puerum IESVM cum MARIA in Templo præsentasti.
Qui Angeli monitu accepto Puero & Matre eius in Ægyptum fugisti.
Qui defuncto Herode cum Puero & Matre eius in terram Israel redijsti.

Ora pro nobis.

Qui remanentem IESVM in Ierusalem cum MARIA Matre eius quæsiisti.
Qui post triduum sedentem IESVM in medio Doctorum & docentem, gaudens inuenisti.
Qui IESVM Dominum Dominantium subditum in terris habuisti
Qui IESVM & MARIAM in morte habuisti.

Ora pro nobis.

Patrone & Aduocate noster. Exaudi nos S. IOSEPH.

In omnibus nostris necessitatibus & hora mortis, Adiuua nos S. Ioseph.

In periculis animæ & coporis, Adiuua nos S. IOSEPH

Per æternam præelectionem tuam. Adiuua nos S. IOSEPH.

Per Caſtiſſimam deſponſationem tuã. Adiuua nos S. IOSEPH.

Per omnes labores & ſudores Tuos. Adiuua nos S. IOSEPH.

Per omnia merita & virtutes Tuas. Adiuua nos S. IOSEPH.

Per omnem Beatitudinem Tuam. Adiuua nos S. IOSEPH.

Clientes tui.

Vt à IESV dilecto tuo, veniam peccatorum noſtrorum nobis impetrare digneris.

Vt nos amantiſſimæ Sponſæ tuæ, iugiter commendare digneris.

Vt Virginibus omnibus & innuptis Caſtimoniam impetrare digneris.

Vt Coniugibus omnibus thorum immaculatum, & Sanctam cõcordiam exorare digneris.

} Te rogamus audi nos.

Vt omnibus Patribus familias, in Christiana Liberorum suorum educatione opitulari digneris.
Vt Sodalitates omnes, peculiari Tibi obsequio deuotas, Tuo fauore prosequi digneris.
Vt omnes de tuo Patrocinio confidentes semper & vbiq; protegere digneris.
Vt omnes ad statum suum aspirãtes iuuare digneris.
Vt Omnibus fidelibus defunctis, intercessionis tuæ suffragio, succurrere digneris.
Nutritie IESV Æterni Patris Filij.
Sponse MARIÆ Matris IESV.

Te rogamus audi nos.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi:
Parce nobis IESV.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi:
Exaudi nos IESV.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi:
Miserere nobis IESV.
IESV Christe audi nos.
IESV Christe exaudi nos.
Kyrie eleison, &c.

Pater Noster &c.

℣. Et nè nos inducas in tentationẽ.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Ora pro nobis Beatissime IOSEPH.

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oratio.

OMnipotens & misericors Deus, qui Beatum IOSEPHVM Iustũ Filium Dauid Beatæ Virgini MARIÆ, IESV Matri Sponsum prouidisti, ac eiusdem Filij tui Nutritium elegisti, da quæsumus, vt eius precibus & meritis Ecclesia tua tranquilla pace lætetur, & ad perpetuæ visionis tuæ consolationem perducatur. Per eundem Dominum Nostrum IESVM Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus S. Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Ora-

Orationes & Aſpirationes Variæ, ad S IOSEPH.

SAncte IOSEPH Vir MARIÆ, fac me ſemper ſingularem fiduciam habere ad IESVM MARIAM & Te ipſum, vt Patronum meum amabiliſſimum, in omnib⁹ meis tàm animæ, quàm corporis neceſſitatibus.

S. IOSEPH fac me verum fidelē ſeruum IESV & MARIÆ, fac me verum filium. IESVM & MARIAM inſere cordi meo.

S. IOSEPH, cuius cultus MARIÆ Spōſæ tuæ, in cordibus fidelium multùm placet, adeò vt ſanctam Thereſiam illa laudauerit, manumq; eius amicè apprehenderit, vtinam Tuis precibus Sāctiſſima Sponſa tua Virgo MARIA manus meas apprehendat, & me ducat ad verum Amorem, IESV, Sui, & Tui.

S. IOSEPH, impetra mihi à Deo meo, inſpirationes tantas, vt IESV, MARIÆ, & Tibi, ſanctè ſeruiam. D 4 Bea-

Beatiſſima Mater IESV, S. IOSEPHI Sponſa MARIA, S. IOSEPH, qui Sanctæ TERESIÆ pænitenti & dolenti adſtitiſtis, eamq; veſte candidiſſima induiſtis, doleo me primam innocentiæ amiſiſſe veſtem; atq; vtinam ita pæniterem & dolerem, vti S. Thereſia aliquãdo doluit, & pænitentiam egit vel Sanctorum & Sanctarum vllus. Impetrate mihi nunc & in hora mortis meæ, perfectum dolorem, maximè in vita mea pænitentiã de peccatis meis, impetrate mihi ardentiſſimum S. Thereſiæ amorem Seraphicum, vt cum ipſa veſte à vobis candida indui poſſim.

Eſtote in omnibus diebus vitæ meæ maximè in hora mortis meæ, ſingulares Præſides, ô IESV, MARIA, IOSEPH.

S. IOSEPH cuius Sanctiſſima Sponſa adornauit S. Thereſiam, pretioſo monili, in collo eius, monens eam, vt Te in proſequendis ſuis omnibus operibus, pro amore & honore Filii ſui ſuſceptis, ſemper Patronum & Tutelarẽ

ſuum,

ſuum, haberet. Circumda pretioſo gratiæ Cæleſtis monili cor meum, vt ſemper poſſim omnia opera proſequi, pro Amore & honore Dei, & ſic ſanctè IESV, MARIÆ, & Tibi obſequendo, vitam meam te Patrono meo ſingulari ac Tutelari finiam.

O Sancte IOSEPH qui tanquam Pater & Manuductor, IESVM in pueritia, Iuuentute, per omnes peregrinationis humanæ vias fideliſſimè deduxiſti; & mihi obſecro in vitæ meæ peregrinatione, ſis comes & ductor meus, nec me vnquam permittas, à via mandatorum Dei deflectere. ſis mihi o Pater mi Sanctiſſime, in aduerſis præſidium, in ærumnis ſolatium, in tribulatione conſolatio, in indigentia Opifex, in morte Patronus, donec tandem ad terram viuentium perueniam, vbi Tecum & cum Sanctiſſima Sponſa tua, omnibuſq; Sanctis, per omnem æternitatem, in Deo IESV meo exultem.

Oratio ad S. IOSEPH in omni Necessitate.

O Sancte IOSEPH, cui IESVS hìc in terris sese subiecit, & qui Te singulari semper, honore, & amore prosecutus est, quomodo Idem in Cælis, vbi Tua nunc remunerantur merita, quidquam tibi denegabit? Ora ergo pro me S IOSEPHE, gratiam mihi imprimìs impetra, vt peccata omnia seriò fugiam, præsertim NN: vitam in meliùs emendem, à tentationibus me abstraham, peccandi occasiones fugiam, præsertim NN: quia his anima in periculum damnationis induci posset, & ab afflictione ista NN: mea me libera; ac tandem etiam hoc mihi impetra NN: quæ omnia mihi ô Benignissime Pater per merita IESV, MARIÆ & Tua præstare digneris.

Oblatio SEPTENNÆ.

O IESV, MARIA, IOSEPH, hominum salutis amantissima Trias, salutē meam

meam efficacitèr operare, atq; ad hunc finem, IESV, Saluator mi, offer Cælesti Patri tuo, Sacra vulnera tua, sanguinemq; pretiosum, quem amore mei profudisti. O Beatissima MARIA! vbera tua, ostende Deo Patri, simul cum lacte virgineo, quo Verbum Incarnatum, Eius filium lactasti; O Sancte IOSEPH! manus exhibe & labores, quorum ope IESVS fuit enutritus. O Trias verè misericors impartire mihi Dei Præpotentis benedictionem. IESVS spargat in me ditissimas largitiones & gratias, quas vitâ morteq; sua promeritus est. Maria dulcedinem fructûs, quem sacer eius vterus genuit, mecum communicet. Ioseph cumulet me benedictionibus terræ, reddendo me participem sudorum, laborumq; suorum. IESVS, MARIA, IOSEPH, insimul Sanctas meas efficiant has Orationes, & hunc Cultum septem dierum in vnionem meritorum Suorum recipiant, Æterno Patri offerant, ad

meam hanc intentionem NN. quò tandem gratissimus euadam Patri, & Filio & Spiritui Sancto, fiamq́; tandem sic beatus, vt tam in vita quàm in morte, tàm in tempore, quàm in æternitate, semper totus cedam, in potestatem IESV, MARIÆ, & IOSEPH, qui mecum hîc, & ego cum ipsis maneam in æternum. Amen.

Oratio pro Amico, vel Consanguineo, vel quocunq́; alio.

OMnipotens sempiterne, Deus, Maiestatẽ tuã suppliciter deprecor, vt famulum tuum (vel famulam tuam) NN. in meritis IESV MARIÆ & IOSEPH, de tua piissima misericordia confidentem, Cælesti & assidua protectione conserues, vt tibi iugiter famuletur, & nullis tentationibus à te vnquam separetur. Remittantur illi quæso peccata, si quibus iram tuam promeruit, ea iam tui amore ex corde & animo detestetur, doleat & pæniteat. Augeatur

illi Tua Cœlestis Diuinaq; gratia, charitas, vitaq; honesta, vocationi suæ secundùm statum suum satisfaciat, æquè tàm in aduersis, quàm in prosperis, voluntati tuæ Diuinæ se conformando, maximè autem in hoc NN. (*hîc pone necessitatem singularem, quam pro aliquo petis*) ac tandem gratiâ tuâ adiutus, auxilio IESV MARIÆ & IOSEPHI præditus, felicem vitæ suæ finē hîc in terris terminet, æternamq; gloriam in Cœlis possideat. Amen.

Hæc ergo in vtilitatem animæ tuæ, tàm in via quàm in Patria Deo largiente Tibi deuote Cultor S. IOSEPH *cedant, quæ tibi petisti fieri per hanc* SACRAM SEPTENNAM *seu per septem dies, in honorem 7. Gaudiorum & dolorum & meritorum* IESV MARIÆ & IOSEPH, *modò viuam fidem & firmam spem habeas. Sed hoc aduerte, quod non tantùm per Septem Ferias 4tas, vel Septem Hebdomadæ dies, hoc cultu celebrabis merita* S. IOSEPH, *sed poteris, per annum quandocunq; habebis opportunum tempus, vel quali-*

qualibet die ſeptimanæ, vel etiam tantùm Feriis 4tis, vel ſingulis vel intercallatis, maximè autem, ſingulari cultu celebrabis, ipſum feſtum Sanctiſſimi IOSEPH. *19. Martij ipſo Sacra die, poteris per Octauam ipſius diſponere hanc* SACRAM SEPTENNAM. *Sunt etiam aliæ feſtiuitates per annum in honorem myſteriorum* IESV, MARIÆ & IOSEPH, *quibus poteris ſimiliter colere* S. IOSEPH. *de quibus infra vide de Gratijs Indulgentijs, Conditionibus, feſtiuitatibus &c.*

Orationes Pro impetranda felici Morte. Ad JESVM, MARIAM & JOSEPH.

1. O Dulciſſime ac benigniſſime Domine IESV Chriſte, ob Tui Sanctiſſimi corporis reuerentiã, quod ex intacta Virgine MARIA ſumpſiſti, cõcede mihi miſero peccatori, vt Corpus tuum pretioſſimum animæ meæ ante agonem meum, ſit finalis refectio. *Pater Noſter, Aue Maria,*

2. O Dulciſſime & amantiſſime Domi-

Domine Iesv Christe propter nomen tuum Sanctissimum, concede mihi misero peccatori vt hoc Nomen gloriosissimum quod est Iesvs sit mea in agone vltima ac finalis saltim in corde locutio, & memoria. *Pater Noster, Aue Maria,*

3. O Misericordissime ac clementissime Domine Iesv Christe, propter tuam acerbissimam passionem, concede mihi misero peccatori, vt tuum in Horto, flagellatione, spinea Coronatione, Crucis baiulatione, tota sanguinis Tui Sacratissimi innocētissima effusione, ac in ipsa iam Cruce ineffabile tormētum sit mea finalis cogitatio & consolatio, ac tandem vita æterna. *Pater Noster, Aue Maria,*

4. O Dulcissime ac iucundissime Iesv, propter tuam Sanctissimam vitam, & merita, & propter illa quinq; vulnera tua in latere Sacratissimo, in manibus ac pedibus tuis pro me iniquissimo homine tibi illata, propter

omnia

omnia vulnera in corpore toto Sacratissimo, pro redemptione generis humani tibi o Bone IESV data, recipe nũc & in illa hora vltima vitæ meæ in abyssum misericordiæ tuæ o[illegible] peccata mea. *Pater Noster, Aue Maria,*

5. O Dulcissimè ac Iucundissime Domine IESV Christe, propter id, quia es Deus, qui es. Propter id, quia es IESVS meus, quem toto corde, tota anima, totis Viribus, diligo, nunc & in æternum, propter omnem misericordiam tuam, propter merita eius & merita Sanctissimi IOSEPH miserere, miserere, miserere iam egredienti animæ meæ, de corpore meo misero, nec eam permittas tremendis aspectibus & potestatibus dæmonum opprimi, sed iubeas eam à sanctis Angelis, in conspectum tuæ Maiestatis deduci, & in sinu Abrahæ feliciter collocari. *Pater Noster, Aue Maria, Credo.*

Ad

Ad Sanctissimam MARIAM *pro eadem felici Morte.*

1. AMo te Amabilissima Virgo MARIA, Mater Dei, ex toto corde meo, super omnia amabilia creata. *Aue Maria, &c.*

2. Amo Te Benignissima Virgo MARIA & desidero te amare, quantùm Tu ipsa amabilis es *Aue Maria, &c.*

3. Amo Te Clementissima Virgo MARIA quantùm te amauit Pater, & Filius, & Spiritus S. ita ego desidero te amare, *Aue Maria, &c.*

4. Amo Te Dulcissima Virgo MARIA, & desidero te amare quantùm te amant S. IOSEPH, & Omnes animæ siue in Cælo, siue in terra. *Aue Maria. &c.*

5. Amo Te misericordissima Mater, & quantùm te amant omnes nouem Angelorũ Chori, *Aue Maria &c.*

6. Amo te Purissima Virgo MARIA tanto amore, quanto digna es, & quãto pos-

to possum, ipsum cor, animam, & omnem affectum amoris mei exuiscero, & ad redamandam Te, Tibi offero. *Aue Maria, &c.*

7. Amo Te Potentissima Regina Cælorum, & desidero Te amare, ad omnem motum meum, ad omne respirium, ad omnem halitum, ad omne momentum vitæ, vsq; ad vltimum spiritũ meum, hîc in via, & tandem feliciter in æternũm in Patria. *Aue Maria, &c.*

Confiteor gloriosissima Virgo MARIA Mater Dei, quòd non sim dignus, qui in conspectum tuum veniam, propter peccatorum meorum multitudinem, attamen ô MARIA Mater IESV, Sponsa dilecti Sponsi tui S. IOSEPH, quia certus sum quod hæc Materna tua Clementia, (pro hâc enim) ad Te venio, Mater pietatis, Te deprecans per dolorem illum, qui transfixit animã tuã, quo dolore Filius tuus patiebatur, & per omnem lætitiam quam habuisti in terris, seu etiam modo habes

in

in Cælis cum eodem dilecto Filio tuo, per hoc quia es Mater IESV, Mater misericordiæ & refugium peccatorum, nè me proijcias à faciè tua; sed me serua, tuere, protege, iam, iam in extremo Spiritu constitutum; ea namque est hora, ad cujus memoriam, cor animusq; corripitur; Ad quem tunc refugiam ô MARIA, si non ad Te ô MARIA. Eia ergo abyssus inexhausta misericordiæ, Tuis hodiè Sanctissimis aduolutus pedibus, alta ex imo pectore trahens suspiria, oro & obsecro, dignus tum efficiar præsentiâ tuâ; quis enim desperare poterit, quis nocere illi queat, quem tu Mater misericordiæ protegis? Defende me tunc, ô singularis Consolatio mea, à tetris & horrendis laruis dæmonum. Succurre ô MARIA misero, & ab eorum crudelibus me serua manibus, solare tùm miserabiles gemitus meos. Oculis misericordiæ Tuæ me respicias, ô MARIA. Placidè ac benignè porrige mihi manus

tuas

tuas, ô Dulcissima MARIA, suscipe miseram ac desolatam animam meam, & roseo vultu tuo consolare eam afflictam, perduc eam ad Summi Iudicis conspectum, atq; de æterna beatitudine certam effice, & confirma ô MARIA sis mihi tunc MARIA.

Pater Noster 1. Aue Maria 1.

O Domina mea S. MARIA, sicut Deus Pater per omnipotentiam suam, te potentissimam effecit: ita quæso mihi adsis in hora mortis meæ, expellendo à me omnem contrariam potestatem inimici.

Pater Noster 2. Aue Maria 2.

O Domina mea Sanctissima sicut Filius Dei tanta Te cognitione & claritate dignatus est, vt totum cælum illumines, ita in hora mortis meæ, animam meam cognitione fidei sic illustres & corrobores, vt nullo errore aut ignorantia peruertatur.

Pa-

Pater Noster 3. Aue Maria 3.

O Domina mea Sancta MARIA, sicut Spiritus S. suum Amorem plenè tibi infudit, ita tu in morte dulcedinem amoris Diuini mihi instilla, ex quo omnis amaritudo mihi reddatur suauissima.

Hunc modum ipsa Sanctissima Virgo, docuit S. Mechtildem, vt ipsam hac trina salutatione laudaret, promittendo ipsi certum auxilium in hora mortis se allaturam. Ex Reuel: lib: 1. Spirit: grat: c. 71.

Ad S. IOSEPHVM, pro eadem felici morte, vt singularem Patronum Agonizantium.

SAncte IOSEPH, qui vt aiebat S. Virgo & Mater Teresia, dulcedinē tuæ protectionis, vnà cum Sanctissima Sponsa tua MARIA, singulariter in consolandis afflictis, ægris, & in agone supremo luctantibus, & pro diuino Tribunali sistendis esse, monstra te

esse

esse Patrem, ac Protectorem fidelissimum, mihi in illo puncto afferens auxilium.

S. IOSEPHE, in illas Tuas manus commẽdo animam meam, quibus Beatissimæ Sponsæ tuæ, manum Sacram in Desponsatione tenuisti, & postea IESVM Parvulum gestasti. IESV, MARIA, S. Michaël, SS. Angeli qui migranti IOSEPHO hinc, adfuistis, adeste & mihi in agone meo.

Oratio pro morte felici.

O Sancte IOSEPHE, qui in suauissima IESV, Dei tui, & dulcissimæ Sponsæ tuæ MARIÆ, præsentia ex hac vita migrasti, succurre mihi ô S. Pater cum IESV & MARIA tunc potissimùm, quando mors vitæ meæ finem ponet, illud solatium à Te ô IOSEPH Sanctissime habeam singulare, impetra mihi scilicet: vt in ijsdem Sanctissimis IESV & MARIÆ brachijs, expirem. Sim ita felix in hora mortis meæ, vt nihil.

nihil ſit in ore meo, niſi IESVS, MARIA, IOSEPH, nihil in corde niſi IESVS, MARIA, IOSEPH. Non apprehendam tùm dolores corporis mei, pro peccatis meis æquiſſimè inflictis, niſi IESVM, MARIAM, & IOSEPH. In manus veſtras, viuens, moriens, commendo ſpiritum. IESVS, MARIA, IOSESPH, ante me ſint vt me deducant, mecum ſint vt me conſolentur, ſupra me ſint vt me protegant, poſt me ſint vt me cuſtodiant, intra me ſint vt me reficiant, circa me ſint vt me conſeruent, apud me ſint, vt me benedicant, IESVS, MARIA, IOSEPH.

In vita tua deuote Lector aſſueſcas quam frequentèr hæc Sacratiſſima Nomina in corde & ore habere & ita infallibilitèr in morte habebis.

Alia Oratio Votiua, neceſſaria ante Sanctiſſimum Sacramentũ dicenda.

SAncte IOSEPH MARIÆ Matris Dei Sponſe, Virgo glorioſſime pericli-

tantiũ

tantium & agonizantium aduocate omnium MARIÆ Sponsæ tuæ seruorum protector fidelissime Ego N N. te hodie coram IESV in hoc Sanctissimo Sacramento realissimè existenti, coram MARIA Sponsa tua, in Dominum Patronum, & Aduocatum pro felici morte & pro constanti ad sanctitatē consequendam studio acquirendo eligo; firmiterq; statuo, ac propono me nunquam te derelicturum, immò singulari cultu ac deuotione, te Sanctissimum iam Patrem semper & vbiq; & coram omnibus prosecuturum Suscipe ergo me iam in seruum tuum bonum, & perpetuum meq; MARIÆ in perpetuam protectionem, & in æternas IESV misericordias commenda. Adsis mihi in omnibus actionibus meis, quas omnes & totius vitæ meæ vni IESV, MARIÆ, tuis ac Sanctorum omnium meritis. Offero illas in perpetuam Dei mei IESV, MARIÆ, & Tuam gloriam sanctorumq; omnium hono-

honorem. Nec me vnquam deſeras, ſed mihi gratiam illam, quæ mihi maximè vtilis & neceſſaria eſt impetres nunc & in hora mortis meæ, ad quã te nunc, pro tunc humillimè invito, vt & nunc, & tunc quod poſſibilitas mea non obtinet, tua mihi interceſſione donetur. Per IESVM & Deum Animæ meæ, cui gloria & honor in ſæcula ſæculorum, Amen.

Alia Oratio, pro eadem felici morte & pro obtinendis S. Eccleſiæ Sacramentis.

BEatiſſime IOSEPH, Sponſe Virginis MARIÆ, ego viliſſimus peccator non modicam ſpem ſubſidij & cõfidentiam in Te collocaui. Vnde obteſtor per amariſſimam paſſionem & mortem Dei & Dñi noſtri IESV Chriſti, quem tu enutrire dignatus es, per acerbiſſimam compaſſionem Matris ei⁹ puriſſimæ Sponſæ Tuæ MARIÆ, per cor dulciſſimum & merita IESV, MA-

RIÆ & Tua, impetra mihi hāc gratiam vt antequam moriar, ex corde conuertar ad Deum meum & sinceram agam pænitentiam. Assiste mihi & adiuua me patrocinijs & meritis IESV, MARIÆ & Tuis, tàm omnib' diebus vitæ meæ, quàm & maximè in hora mortis meæ. Effice vt exitus meus de hoc mundo Catholica fide, spe firma, charitate perfecta, pura confessione, Sanctissimi Corporis & Sanguinis IESV Christi & Extremæ vnctionis, Orationumq; cōmunium Sanctæ Ecclesiæ deuota perceptione præmuniatur. Esto mihi ô Patriarcha Sanctissime in extremis pius auxiliator, adsis mihi in illa hora quādo præmortuam linguam meam mouere non potero ad inuocādum Te, nec oculos meos ad Te leuare. Esto tunc memor harum precum & Orationis meæ, quas ad Te nunc supplex effundo & fac mecum secundùm dulcissimam misericordiam tuam. Subueni mihi in hora resolutionis meæ, nè Princeps tene-

tenebrarum mihi occurrat, ne potestas inferorum aduersùm me prævaleat, nec patiaris ô charum præsidium meũ animam meam gehennalibus pænis subiacere, quam pretiosus sanguis Filij Dei redemit, sed eam ab æternæ mortis caligine libera, ipso auxiliante & misericorditer concedẽte, Quem Tu nobis enutrire meruisti IESV Christo Filio tuo qui cum Patre & Spiritu Sã-cto viuit & regnat Deus per æterna sæcula.

Oratio ad IESVM, valdè necessaria pro eadem felici mortè.

DOmine IESV Christe per agoniam & Orationem Tuam Sanctissimam quâ orasti pro nobis in Mõte Oliueti, quando factus est sudor tuus tanquam guttæ sanguinis decurrentis super terram; obsecramus Te, vt multitudinem sanguinei Tui sudoris quem præ timoris angustia copiosissimè pro nobis effudisti, offerre & ostẽ-

dere digneris Deo Patri Omnipotenti contra multitudinem omnium peccatorum meorum,& libera me ab omnibus angustijs Animæ meæ in hora mortis meæ & à pœnis, quas pro his peccatis meis merui. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum.

Oratio ad IESVM, *Pro eadem felici morte necessaria.*

DOmine IESV Christe qui pro nobis dignatus es mori in Cruce, obsecramus Te vt omnes amaritudines passionum, & pœnarum tuarum quas pro nobis miseris peccatoribus sustinuisti tàm in tua tota passione quàm & in Cruce, maximè in illa hora, quando sanctissima Anima tua egressa est de sacratissimo Corpore tuo, offerre & ostendere digneris Deo Patri Omnipotenti pro me misero peccatore, & libera me in hora mortis meæ ab omnibus pœnis & passionibus quas merui pro peccatis meis. Qui vivis & regnas,&c.

Oratio ad S. MICHAELEM Archangelum pro felici morte.

PRinceps gloriosissime Michàél Archangele, succurre animæ meæ in extremis iam vitæ meæ luctanti apud Altissimum Iudicem. O inuictissime pugil, assiste mihi indigno in agone laboranti, & me potentèr à Dracone infernali, à visione, fraudeq; malorum spirituum defende. Insuper oro Te, qui es constitutus Princeps super omnes animas suscipiendas, vt in extrema vitæ meæ hora animam meam benignè suscipias, ac suauitèr recipias, illamq; in locum refrigerij lucis ac pacis æternæ perducas ad Creatorem suum. Qui viuit & regnat Deus in sæcula sæculorum.

Oratio ad S. ANGELVM Custodem.

O Sancte mi Angele, quem mihi Deus dedit in Custodem & Tute-

larem meum, rogo Te & obtestor per Creatorem tuum, qui Te creatum in gratia constituit, constitutum confirmauit, cuius beatissima frueris in æternùm visione, præsta mihi hanc piam tuam Angelicam gratiam Custos mi beatissime, vt has omnes Orationes meas quas fundo Deo meo, digneris præsentare eius Maiestati immensæ, vt in hora mortis meæ Te Custode, Te Patrono, Te Tutelari meo benigno inueniã placabilem eius vultum. Qui viuit & regnat in sæcula, &c.

Oratio ante Confessionem ad IESVM.

DOmine IESV Christe scrutator cordium miserere nunc Animæ peccatricis, eius crimina clementèr solue, & vulnera sana, da efficacem mihi gratiam, da cordi contritionem, & oculis meis fontem lachrymarum, vt cum humilitate & cordis puritate meas omnes iniquitates & peccata dignè defleam

fleam, passionisq; tuæ amarissimæ fructum efficaciter consequar. Illumina me Domine IESV Christe vt clarè, humilitèr, contritus explicem peccata mea, ac tandem tuâ piissimâ misericordiâ remissionem omnium peccatorũ meorum perceptâ, cum firmissimo proposito propono, me ampliùs in ea non relabi, modò mihi tua gratia Diuina auxilietur.

Oratio ad Beatam Virginem MARIAM, ante Confessionem.

EIa ô Refugium peccatorum, & Mater Misericordiæ MARIA Clementissima, S. IOSEPH, omnesq; electi Dei, adeste mihi, orate pro me, & preces meas Deo meo offerte. Ego vestris meritis ac precibus & Dei mei benigna miseratione fretus propono firmitér, & pro peccatis meis satisfacere & futura vitare adiuuante gratiâ Saluatoris mei IESV Christi, cui laus honor & gloria in sæcula sæculorum.

Oratio ad Sanctum IOSEPH.

SAncta MARIA Sponsa Sancti IOSEPHI, S. IOSEPH, & S. Teresia, quæ à MARIA & IOSEPHO adornata intellexisti te mundam esse à peccatis. Omnes Electi Dei qui mundo corde adhuc in terris fuistis, impetrate mihi à IESV munditiem cordis, impetrate contritionem cordis tanto dolore & amore perfectam, qualis mihi necessaria est ad exurẽda peccata tàm mortalia, quàm venialia. Amo Te itaq; Deus meus quia es, Qui es, doleo de peccatis meis anteactæ vitæ meæ, da mihi per IESVM, MARIAM, & IOSEPH, ampliùs ad illa non reuerti, omnem displicentiam in ipsis firma in me. Cor mundum crea in me, vt videam Te.

Oratio, Post Confessionem ad IESVM.

BEnignissime IESV, per Cordis tui contritiones & passionis tuæ merita, supplere digneris omnem defectum

con-

contritionis meæ & confessionis, & concede vt non tantùm vitem omnia peccata, sed etiam & occasiones vel maximè. Confidens itaq; in tua gratia adiuua me Domine Deus meus, & salua me, tuus enim sum ego.

Oratio, Ad Beatissimam Virginem & S. IOSEPH.

SAtisfaciant tibi Domine Deus meus obsecro merita & intercessio Beatissimæ Virginis MARIÆ Genitricis Vnigeniti Filij Tui, & Sponsi eiusdem Sancti IOSEPHI, imò & merita omnium Sãctorum pro me indigno peccatore, tuæ Diuinæ Iustitiæ quod humilitèr peto. Eia misericordissima Mater MARIA, & IOSEPH, offerte merita vestra pro me misero peccatore IESV, Quem enutristis qui viuit & regnat in sæcula, &c.

Oratio, ad IESVM, MARIAM, & IOSEPH, ante Sacram Communionem recitanda.

 O Dul-

O Dulcissime IESV, Qui es? scio, benignissime mi IESV, quia es Deus, Creator meus, Redemptor meus, Rex immensæ ac tremendæ Maiestatis. Salua me onustum innumeris peccatis, tolle, tolle, mi IESV omnia peccata mea, quia ipse tollis peccata mundi. Concede mihi vnam tantùm guttam sanguinis Tui pretiosissimi ô dulcissime IESV & iam saluus sum. Et quia sum vilissima Creatura, puluis, cinis, vermis & non homo, ideò mi IESV desideratissime, præpara cor meum, præpara conscientiam, præpara animam, corpus meum, omnes vires ad vnionē tecum mi IESV in hoc Sanctissimo Sacramento ineundam. Supple defectus omnes amoris, reuerentiæ, timoris, puritatis, deuotionis, contemplationis; & veni iam mi IESV ad intima cordis mei, in quo Tibi desidero ô dulcissime IESV quàm pulcherrimum thronum & purissimum paratum habere. Tibi iam cor meum consecro, offero.

offero. Tu solus possibile iam princi-
patum illius, vt nullius vnquàm crea-
turæ in ipso inueniatur amor, nisi solius
IESV mei. In hoc recurro ad Te ô
Purissima Virgo MARIA, quam purita-
tem habuisti in Conceptione Vnigeni-
ti Filij tui, & in Natiuitate eius, quã
charitatem; hanc mihi ô Dulcissima
MARIA concede. Tu Filio tuo prædi-
lecto præpara thronum in corde meo
quàm purissimũ. in misericordia tua Ma-
terna spero, confido, ô MARIA, sis mi-
hi ergo MARIA. De manibus ipsis tuis
sacratissimis nunc iam accipiam præ-
dilectum IESVM filium Tuum, quem in
vnione amoris tui nobilissimi infini-
ties, amo, amo, amo. IOSEPH San-
ctissime puritatis exemplar, Virgo Pa-
ter, Te rogo, Tibi supplico ô Sanctissi-
me Pater mi, cum quanta puritate, a-
more, tractabas IESVM, nutriendo, i-
psi inseruiendo, cum tanta ad cor me-
um immundum occurre venienti IESV,
age pro me Tuis meritis, Tuis precibus,

vt quod possibilitas mea non obtinet tua mihi intercessione donetur. Per Dominum nostrum IESVM Christum qui viuit & regnat cum Deo Patre, &c.

Hic poteris Litanias dicere ad initium positas de IESV, *tandem gratias age secundùm id quod potes, & offer quæcunq; volueris tàm nobilissimo immò Diuinissimo Hospiti à summo Cælo ad te egredienti, & ea, quibus indiges cum humilitate, fide, spe & charitate pete ab eo Habes enim præsentem Deum Creatorem tuum sub tecto Cordis tui.*

Gratiarum actio.

DVlcissime IESV, siquidem dignatus es reficere satis debilem animam meam sacratissimo Corpore ac pretiosissimo sanguine Tuo. O Bone IESV quis potest concipere intellectus tàm immensum beneficium tuum, tantam gratiam tuam, tàm immensam misericordiam tuam, Tot homines infideles, tot Paganos, tot peccatores hodie proijcis à facie huius sacratissimi cibi,

Cibi, & me tàm felicem reddis, cùm animam meam non tantùm reficis, sed etiam vitam tribuis, idq; vitam æternam. O IESV non mearum virium est gratias agere Tibi IESV meo, Tibi Deo meo, pro tàm immensa gratia tua. Adorans itaq; & procidens ante Te Deum meum peto, supplicoq; Tibi IESV mi, vt Te ipso pro me misero, Tibi persoluas gratias. Inuoco Te Sanctissima Virgo Mater IESV, inuoco Te Sanctissime IOSEPH, inuoco omnes SS. Patronos singulariter N:N: inuoco omnes Sanctos, Beatos, Iustos, in Cælis & in terris manentes, ipsi & pro me, & mecum, Deo meo, IESV meo, gratias agant. Et in vim gratitudinis, Tibi dulcissimo IESV meo, offero cor Tuum Sacratissimum cum amore Tuo Diuino, offero omnia merita totius vitæ Tuæ Sacratissimæ, cum passione & morte Tua. Offero Cor Sanctissimũ Matris Tuæ MARIÆ, & Sponsi eius S. IOSEPH, cum omni charitate illa qua Te di-

Te dilexerunt in terris, & modò in æternitate diligunt, Offero omnia merita, dolores, & gaudia ipſorum. Offero affectum & charitatem omnium Angelorum, Spirituum Cæleſtium, maximè Principis Paradiſi Michaëlis Archangeli Patroni mei glorioſiſſimi, Sancti Angeli Cuſtodis. Offero merita, charitatem, preces, & laudem omnium Sanctorum ac pulchritudinem omnium Creaturarum, & in vnione iſtorum Tibi IESV meo offero cor meũ, animam, corpus meum, vitam, intellectum & voluntatem meam ad Te amandum, Tibi ſeruiendum, voluntatem tuam Diuinam in omnibus adimplendam & omnes gratiarum actiones Tibi IESV meo refero quibus dignus es, quas exigis à me, ac omne illud Tibi pluſquàm libentiſſimè offero, quod tantùm exigere potes à me, maximè offero & propono emendare vitam meam pro hoc amore, quo Te IESV mi dilectiſſime appretio, & amo ſupra o-
mnia,

mnia, tantùm Tu ipse IESV benignissimè adiuua me, vt vitē hoc peccatum N. N: hanc occasionem pecandi, quod spero me felicitèr obtenturum tuâ gratiâ pijssimâ adiutus.

Hic poteris recitare Litanias B. Virginis MARIÆ, *vel* S. IOSEPH, *vel Officium, vel Orationes aliquas pro felici morte consequenda.*

Orationes aliquæ, quæ pro commoditate solis Sacerdotibus competunt. Ante Missam. Intentionis Forma.

AD laudem & gloriam Sanctissimæ Trinitatis in memoriam Saluatoris nostri IESV Christi vitæ, passionis, mortis, ac Resurrectionis, & in operum ac meritorum suorum sanctorumq; omnium vnionem. Ad laudem quoq; & exaltationem Beatissimæ Virginis MARIÆ, Cælestium Angelorum, Sanctorum Sanctarumq; omnium & singulariter S. IOSEPH,

San-

Sancti Michàélis, &c. &c. N: N: offero etiam cum ipſorum Beatorum Spirituum laudibus, Sanctorumq; omniū precibus ac meritis, nunc & ſemper, hoc & alia ſacrificia, orationes, & bona opera totius mundi, pro meis præſentibus, & futuris animæ corporiſq; neceſsitatibus, in auxilium & conſolationem meam, ac in remiſsionem peccatorum meorum, quorum veniam ſemper per contritionem habere intendo & cupio. Omniumq; viuorum & mortuorum meorum Parentum, Conſanguineorum, amicorum, inimicorū, Benefactorum in ſpiritualibus & temporalibus, ac illorum, quibus fui grauamen, ſcandalum, & occaſio peccandi, pro omni gradu Catholicæ Eccleſiæ, ac illius exaltatione, augmento & conſeruatione, Chriſtianorum Principum vnione, hæreſum extirpatione, Summi Pontificis ſalute, & animarum in purgatorio exiſtentium liberatione, pro conſeruatione & augmento omnium

um Religionum, pro conuersione omnium infidelium, pro mihi commissis & commendatis, pro quibus orare ex iustitia & charitate debeo maximè pro N.N. deniq; pro illis omnibus viuis & mortuis, pro quibus Dominus noster IESVS Christus, & eius Sanctissima Mater volunt me debere orare, & sacrificare, sic oro, obsecro, ac orare, obsecrare, sacrificare, consecrare intendo, ac propono iuxta intentionem sacræ Romanæ Ecclesiæ, ego N. minister licèt indignus. In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Amen.

Oratio alia, ad B. Virginem MARIAM.

O Mater Pietatis & Misericordiæ, B. V MARIA, IESV Mater, S. Io- IOSEPH prædilecta Sponsa, ego miser & indignus peccator ad Te toto corde & affectu confugio & precor pietatem tuam Maternam, vt sicut dulcissimo Filio Tuo IESV in Cruce pendenti, & se

se in hostiam æterno Patri suo offerenti & sacrificanti adfuisti; ita & mihi indigno Sacerdoti hodie eandem hostiam, Corpus & Sanguinem IESV Christi filij Tui Æterno Patri offerenti, clementèr assistere digneris, vt Tuâ gratiâ adiutus, dignam acceptabilemq; hostiam, in cõspectu Sanctissimæ & indiuiduæ Trinitatis offerre valeam.

Oratio alia, ad B. IOSEPH.

O Sanctissime IOSEPH Purissime Spõse Beatissimæ Genitricis Dei MARIÆ Castissime Virgo, Pater vocate, ac Nutritie IESV Christi. impetra mihi ab hoc Deo, IESV meo, manus mundas, & cor mundum, ab omniq; peccato vacuum; vt manibus immaculatis eum merear dignè contrectare, puroq; corde suscipere, quem tu toties cum B. V. MARIA æterno Patri obtulisti adhuc in carne Infantulum, quẽ toties amplexari ac deosculari meruisti. Adsis mihi ô Magne Sancte sacrifican-

ficanti & in omnibus alijs actionibus meis, maximè in hora mortis meæ, nõ me deſeras.

Intentio immediata ſacrificaturi cũ Indulgentia 50. Annorum à Gregor: XIII. Pontifice Maximo conceſſa.

EGo N: N: volo celebrare Miſſam & conficere Corpus & Sanguinem Domini Noſtri IESV Chriſti, iuxta Ritum Sacræ Romanæ Eccleſiæ, ad laudem Dei Omnipotentis, totiuſq; Curiæ triumphantis, ad vtilitatem meam, totiuſq; Curiæ Militantis, pro omnibus qui ſe commendârunt Orationibus meis in genere & in ſpecie, & pro felici ſtatu S. Romanæ Eccleſiæ.

Gaudium cum pace, emendationẽ vitæ, ſpatium veræ pænitentiæ, gratiam & conſolationem S. Spiritus, perſeuerantiam in bonis operibus tribuat nobis omnipotens & miſericors Dominus, Amen.

Mo-

Modus pro Memento Viuorum.

1. MEi, *Parentum, Superiorum, Fratrũ, Sororum, Consanguineorum, & Amicorum meorum* N.N.

2. *Omnium quibus fui grauamen, scandalum & occasio peccandi* N.N.

3. *Omnium benefactorum meorum in spiritualibus & temporalibus.* N.N.

4. *Omnium mihi commissorum in genere & specie.*

5. *Omnium Sacerdotum ac Ministrorum Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ.*

6. *Omnium inimicorum meorum ad dimissionem.* N.

7. *Omnium Infidelium & Hæreticorum ad conuersionem.*

8. *Omnium pro quibus scis & vis me orare, maximè famuli* N. *vel famulæ* N. N N.

Pro Memento Mortuorum.

1. ANimarum *Parentum, Superiorum, Fratrum, Sororum, Consanguineorum, amicorum meorum* N.N. 2. A

2. *Animarum quæ occasione mei pœnas purgatorij patiuntur.*
3. *Animarum omnium Benefactorum meorum in spiritualibus, maximè* N.N.
4. *Animarum omnium mihi commissarum in genere & specie.* N.N.N
5. *Animarum omnium Sacerdotum & ministrorum S. Ecclesiæ Catholicæ, vt* N. N.N.
6. *Animarum morte improuisâ, pestilentiâ, aut bello, corpore exutarum,* N:N.
7. *Animarum quarum non est specialis memoria & quarum corpora in ista Ecclesia requiescunt vt* N. N. N.
8. *Animarum pro quibus me vis orare vel ex iustitia, vel ex charitate, maximè, quæ suffragijs carent, vel quæ proximè egressuræ sunt de purgatorio, vel quæ magis inindigent vel quæ modò sunt solutæ corporibus suis.*

Gratiarum actio, post Missam.

O Dulcedo Cordis mei & vita Animæ meæ & iucunda requies spiritus

tus mei, dulcis & bone IESV, immortales tibi ago gratias pro omnibus beneficijs mihi collatis ſingularitèr verò quia hodie dignū me feciſti verum & immaculatum Corpus & Sanguinem Tuum pretioſum conſecrare, pertractare, illudq; Tibi offerre, in memoriam tuorum mirabilium, ad Tuam gloriam, & in remiſſionem omnium peccatorum tàm meorum, quàm illorum. Singulariter pro N N. & aliorū pro quibus orare, ſacrificare & offerre propoſui, illoq; in ſalutem, animam meam cibari ac nutriri cōceſſiſti, quapropter verè dicere audeo Cibus meus Chriſtus & ego eius. Multiplico ergo & quoties reſpiro, toties multiplicare volo meam voluntatem in infinitùm in tuis laudibus. Precorq; dulciſſimam Matrem Tuam MARIAM, S. IOSEPH Sponſum eius, SS. Angelos, S. Angelum Cuſtodem, & alios Spiritus Cæleſtes omnes Electos tuos, vniuerſas Creaturas, pro me immenſas Tibi referre

gra-

gratias, immò quia istæ non sufficiunt. Tibi supplico, Tibi ipsi gratias agere, Te laudare & glorificare complaceas. Et quia dignatus es istam indignam, tuam tamen facere habitationem: dignare quoq; apud ipsam facere mansionem, effice me hominem secundùm cor tuum, vni me Tibi intimè, & totum transforma & transmuta in Te. Salua me IESV Christe, mediator Dei & hominum & cunctam à me hostis antiqui repelle nequitiam per tuam innocentissimam Passionem. Oro tandẽ vt digneris gratias & indulgentias omnes quas hoc sacrificio & communione mediante acquirere & lucrarĩ possum, concedere, tàm mihi, quàm alijs viuis N: N: & Defunctis N: N: quibus applicare proposui, quia Te ipsum, & pro ipsis exoro, pro quibus & Tu vis, & Sanctissimus Pontifex intendit, hâc de causâ me debere orare.

Ad

Ad Sanctissimam Virginem MARIAM.

SErenissima Regina Cælorum, inclyta Mater Domini Nostri IESV Christi, Virgo semper gloriosa & benedicta, quæ eundem Creatorem omnium Creaturarum in Tuo Sanctissimo vtero portare digna fuisti: Cuius idem Corpus & Sanguinem sumpsi; ad ipsum pro me peccatore, intercedere digneris; vt quidquid in hoc ineffabili Sacrificio ignorantèr, negligentèr, irreuerentèr, & acidentalitèr omisi vel admisi, Tuis Sacratissimis precibus mihi dignetur indulgere ô Dulcis Virgo MARIA.

Ad Beatissimum IOSEPH.

SVscipe Domine IESV Christe per manus Sanctissimi Nutritij Tui IOSEPHI, hoc Sacrificium laudis, omnes preces & operationes meas in vnione ardentissimarum Tuarum Orationum, Operationum, & Precum, quas Tu

IESV,

IESV MARIA, IOSEPH, vnquam ad Patrem Cælestem fudistis, vt quod possibilitas mea non obtinet, Sacratissimæ Genitricis tuæ, Sanctissimiq; Nutritij tui intercessione mihi donetur.

JESVS, MARIA, JOSEPH.

TOTA SERIES.

Festorum, Gratiarum, Indulgentiarum, Obligationum, Conditionũ, spectantium, ad Sacrã Confraternitatem Nutritij IESV *Christi, Sponsiq; eius Matris* MARIÆ *Beatissimi* IOSEPHI.

FESTA.

I. DEsponsatio *Beatissimæ Virginis* MARIÆ *cum Beatissimo* IOSEPH. *hoc festum Celebratur* 23. *Ianuarij. iam autem nunc ex indulto felicis recordationis* SS: Dñi Nostri Clem: X. Pont: Max: *cele-*

bratur pro commoditate Populi Dominicâ tertiâ post Epiphaniã in Mense Ianuario quod Festum est singulare in Confraternitate Sancti IOSEPHI

2. Fuga in Ægyptum, quando scilicet S. IOSEPH apparẽte Sibi Angelo Domini fugit in Ægyptum accepto Puero IESV & Matre eius, hoc Festum celebratur vel potiùs Memoria Mysterij Fugæ in Ægyptum Dominicâ Quinquagesimæ, quæ est vltima ante diem Cinerum, Feriam scilicet quartam.

3. Ipsum Festum solemne & Principale Sanctissimi IOSEPH, decimâ nonâ Martij.

4. Inuentio Pueri IESV duodẽnnis, quando scilicet Beatissima Virgo & Sanctus IOSEPH triduò amissũ Puerũ IESVM quærebãt, & in medio Doctorum in Templo circa Festa Paschæ Veteris Testamenti inuenerunt. In hanc ergo Memoriam hoc Mysterium à Confraternitate S. IOSEPH celebratur circa Festa Paschæ Noui Testamenti, Dominicâ scilicet in Albis, quæ est Prima post Pascha.

5. Dormitio seu Memoria felicis Mortis Sancti IOSEPH, Celebratur Dominicâ ter-

tiâ

tiâ post Festum Assumptionis Beatissimæ Virginis Mariæ. vbi etiam Confraternitas Sancti IOSEPH *proximè celebrat Dormitionem Sanctissimi Protectoris Sui S.* IOSEPHI *post Dormitionem Sponsæ eius.*

6. *Expectatio Natiuitatis Saluatoris nostri Dominicâ vltima ante Vigiliam eiusdem Natiuitatis. Ob eam Memoriam Mysterij scilicet, quando Sanctissima Virgo cum Sponso suo in proximo iam expectabant nasciturum Saluatorem nostrum desideratum cunctis Gentibus. Istæ festiuitates sunt per Breue Apostolicum approbatæ à Sanctissimo Domino nostro Clemente Nono Summo Pontifice.*

7. *De Nouo Indulto Sanctissimi Domini Nostri Innocentij Vndecimi Summi Pontificis Maximi, concessa est festiua solennitas, Dominicâ tertiâ post Pascha sub Titulo Patronatûs seu Patrocinij S.* IOSEPH *Sponsi Genitricis Dei.*

Gratiæ & Indulgentiæ Plenariæ.

1. IN *Festo Desponsationis Sanctissimæ Virginis*

ginis cum Beatissimo IOSEPHO Dominicâ tertiâ post Epiphaniam.

2 In Festo ipso vniuersalis Ecclesiæ Sancti IOSEPH, decimâ Nonâ Martij, idq; à primis Vesperis,

3. In Festo solemnis Commemorationis Beatissimæ Virginis MARIÆ de Monte Carmelo decimâ sextâ Iulij, vel proximo die Dominico, vbi celebratur ad populum.

4. In Festo Seraphicæ Virginis Sanctæ Matris Teresiæ decimâ quintâ Octobris.

5. Quando Sacra Confessione & Communione factâ, in Album Confraternitatis S. IOSEPH inscribuntur.

6. Feriâ 4tâ Cinerum, & feriâ 4tâ ante Dominicam Palmarum, ratione Cultûs & Deuotionis erga Passionem Domini Nostri IESV Christi, ex indulto SS. D. N. Innocentij XI.

7 In hora & Articulo mortis, quando confitentur sua peccata cum Contritione, & Sacratissima Communione viatico muniuntur & reficiuntur, vel saltem in defectu Cōfessionis, actum Doloris & Contritionis eliciunt.

unt, tandem hæc Sanctissima Nomina, si non ore saltim corde, IESVS, MARIA, IOSEPH, *inuocant.*

§ 1mò. Quod licèt in his infranotatis festiuitatibus non est concessa Indulgentia Plenaria Confratribus & Consororibus S. IOSEPHI *expressè, possunt tamen dictam Indulgentiam in dictis festiuitatibus ratione stationum in Ecclesiis Fratrum Carmelitarũ Discalceatorum lucrari, vt in festiuitate Expectationis Partûs Beatissimæ Virginis* MARIÆ, *Domin: vltimâ, ante Vigiliam Natiuitatis Domini Nostrî* IESV *Christi. It: in festiuitate Fugæ in Ægyptum, Domin: Quinquagesimæ, primâ (scil:) ante Fer. 4tam Cinerum. It: in festiuitate Inuentionis Pueri* IESV *Dom: in albis, id est, in oct: Paschatis.*

2dò. In omnibus per Annũ festiuitatibus Beatissimæ Virginis MARIÆ, *in Ecclesijs eorundem Fratrum Carm: Discalc: Indulgentiam Plenariam consequuntur. Sicut & omnes fideles extra S. Scapularis & S. Ioseph Confrat: (modò peccata sua, confiteantur, & SSmâ Communione reficiantur,) dictam*

Indulgentiam lucrantur & consequuntur.

3tiò. In Ecclesijs eorundem Fratrum Carmelitarum Discalc: omnes Christi fideles siue fuerint in aliqua ex dictis Confr: siue non, Indulgentiam Plenariam lucrantur, & hoc ratione Stationum Romanarum, vt in quatuor Dominicis Aduentûs Dñi, in Vigilia Natiuitatis Dñi, ipso Festo eiusdem Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi, S. Stephani Protomart: S. Ioann: Apost: & Euang: SS. Innocent: MM. Circumcisionis & Epiphaniæ Dñi. in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, Quinqnagesimæ à feria 4ta. Cinerum inclusiuè, vsq; ad Dominic: in Albis inclusiuè. Feria 2dâ. Rogationum, die Ascensionis Domini, à Vigilia Pentecostes vsq; ad Sabb: ante SS. Trinitatis Dominicam, omnibus per annũ diebus, qui dicuntur, Quatuor tempora.

Conditiones ad consequendam & lucrandam Indulgentiam quamcunq; hæ requiruntur.

1. *Confiteri sua peccata.* 2. *Actum Contritionis de peccatis suis omni possibili*

sibili modo facere. 3. *Sacra Communione refici.* 4. *In hac Ecclesia vbi conceditur Indulgentiâ Plenaria, orare pro summo Pontifice, pro Exaltatione S. Romanæ Ecclesiæ, pro concordia Principum Christianorum, pro extirpatione hæresum, & pro venia suorum peccatorum.*

Aduerte 1. *Quod qui se non agnoscit in statu peccati mortalis, non requiritur omninò confessio, sed sufficit actus Contritionis cum alijs supra annotatis conditionibus.*

Aduerte 2. *Quòd omninò visitanda est Ecclesia illa, in qua conceditur quæcunque Indulgentia, in qua orandum est ita: vt supra annotatur, nisi infirmus quis fuerit.*

Aduerte 3. *Quòd si non addantur in Breui Apostolico hæc verba: Confessis contritis & Sacra Communione refectis: Sufficit visitare tantùm Ecclesiam in qua conceditur Indulgentia quæcunque, & quocunque tempore, (illo tamen die) quo conceditur consequenda, modò ille sit extra statum peccati mortalis, & oret pro supradictis, scilicet Exaltatione S. Romanæ Ecclesiæ, &c. &c.*

Indulgentiæ ſeptem Annorum & tot Quadragenarum.

IN *Feſto Expectationis Partûs Beatiſſimæ Virginis Mariæ. Fugæ in Ægyptum, Inuentionis Pueri* IESV, *Dormitionis S.* IOSEPH. *In Feſto Viſitationis Beatiſſimæ Virginis* MARIÆ, *& ferijs 4tis. poſt Dominicam primam, 2dam, Tertiam & Quartam Quadrageſimæ. ex nouo Indulto S. D.N. Clem. IX. & Innocentij XI.*

Indulgentiæ 60. Dierum.

1. QVoties 7. *Pater Noſter &c. & Aue Maria &c. cum Gloria Patri &c. in memoriam & honorem 7. vel Gaudiorum, vel dolorum* S. IOSEPH *recitauerint.*

2. *Quoties in Eccleſijs, vbi eſt erecta Cōfraternitas* S. IOSEPH, *& maximè ferijs quartis, Miſſam audierint.*

3. *Quotieſcunq; in quacunq; Proceſſione & maximè Dominica infra Oct: Corporis Chriſti, fer: 6ta Paraſceues adfuerint.*

4. *Quoties SS. Sacramentum ad infirmos*

mos comitabuntur: vel ſaltim, (ſi occupati) genuflexi Pater noſter, & Aue Maria, & Laudetur SS. Sacramentum dicent.

5. *Quoties S.* IOSEPH *Confratrum & Consororum ſepulturæ adfuerint.*

6. *Quoties pauperes in domos ſuas receperint.*

7. *Quoties Conſilijs Confeſſibus in Ordine ad promouendum Bonum, Cultum, Honorem, deuotionem &c. erga* S. IOSEPH, *adfuerint.*

8. *Quoties errantem in viam veritatis induxerint, vel aliquod opus miſericordiæ proximo præſtiterint.*

9. *Quoties, irreconciliatos ad concordiã induxerint.*

10. *Quoties; quinq; Pater noſter &c, & Aue Maria pro Confratre vel Conſorore intra Confraternitatem* S. IOSEPH, *defuncto recitauerint.*

Indulgentiæ à Sede Apoſtolica pro Confratribus S. IOSEPH, defunctis conceſſæ.

1. S*ingulis ferijs ſecundis per Annum, & per*

per Octauam commemorationis omnium fidelium Defunctorum, scil: à 2dâ die 9bris vsq; ad nonam eiusdem, quot missæ sacrificia de Requiem à quocunq; Sacerdote siue Saeculari, siue Regulari prædictis animabus ad Altare priuilegiatum S. IOSEPH, *facta fuerint, tot animæ Confratrum & Consororum è purgatorij pœnis, eliberabuntur. (vide Breue Apostolicum Clem. X & Innocentij XI.*

2. Omnes Indulgentiæ à Sede Apostolica concessæ Confraternitati S. IOSEPH, *applicatæ à quocunq; (pro hoc statu,) animabus dictæ Confraternitatis pro illo statu in purgatorio suffragantur, sicut & alijs animabus, quæ extra hanc Confraternitatem vixerunt.*

3. Omnes Sacramentales Confessiones, Sacratissimæ Communiones, deuotæ orationes, mortificationes, ieiunia, eleemosinæ & alia quæcunq; bona & pia opera facta à Confratribus & Consororibus dictæ Confraternitatis, defunctorum eiusdem Confraternitatis animabus in purgatorio pœnas alleuiant.

4. Septenna sacra in hoc libello posita, Animabus Confratrum & Consororum, in purgatorio plurimùm auxiliatur, Con-

Conditiones & Obligationes inscriptorum in Album Confr: S. IOSEPH, quæ tamen non obligant ad aliquod peccatum non exsolutæ.

1. *QVolibet die, recitabunt septem Pater noster, cum Aue Maria &c: addendo post quodlibet Aue Mariâ &c. Gloria Patri & Filio &c.*

2. Quâlibet per Annum feriâ 4ta, curabunt sacro Votiuo de S. IOSEPH, *adesse æstate circa 7mam, hyeme circa 8uam horam, in illa Ecclesia, vbi est Erecta Confrater: S.* IOSEPH, *& si non poterint prædictũ horũ audire Sacrũ supradictũ, alijs possunt supplere aliud Sacrũ audiendo, & si adhuc non poterint in præfata Ecclesia, possunt & in alijs Ecclesijs satisfacere obligationi, quodcunq; Sacrum in Honorem S.* IOSEPH *audiendo, vbiq; & quandocunq;. quod si demum nec Ecclesiam possint adire, nec sacrum audire, possunt hoc alio pio opere satisfacere, modò in honorem S.* IOSEPH. *quia hoc die lucrantur gratiam Indulgentiæ dierum 60.*

3. Die-

3. *Diebus festiuis ex Confraternitate supra enumeratis Confiteri, & Sacram Communionem sumere. In festis scilicet Beatissimæ Virginis* MARIÆ, *vti Sponsæ* S IOSEPH. *In festiuitatibus* S IOSEPH *supra enumeratis. In festo Seraphicæ Virginis* S. TERESIÆ, *15. 8bris Singularis & primæ Promotricis, Cultûs & Deuotionis erga Sanctissimum* IOSEPH.

4. *Imaginem secum portabunt* S. IOSEPH, *vel saltim domi habebunt præ oculis ad inuocandum* S. IOSEPHVM *in omnibus suis necessitatibus. Sæpe etiam Nomina hæc Sacratissima ex Euangelio S. Matthæi Apostoli ore vel corde* : IESVS, MARIA, IOSEPH, *inuocabunt, in afflictione, in tentatione &c.*

5. *Curabunt adesse annuæ Electioni Generali Officialium huius Sacræ Confraternitatis. Item adesse Curabunt, quoties conuocabuntur pro quibuscunque Consilijs vel ad promouendum Cultum* S. IOSEPH, *vel ad seruandum bonum Ordinem intra hanc Sacram Confr:*

Mo-

Modus recipiendi & inſcribendi in Album Confraternitatis S. IOSEPHI.

Sacerdos indutus Cotta & Stola Albi coloris, accedit ad Altare S. IOSEPH *ibiq; Proteſtationem dicit cum inſcribendis genuflexis in hunc modum.*

O S. IOSEPH, Redemptoris mei IESV Chriſti Nutritie & Pater putatiue, Caſtiſſimæ Matris eius ſemperq; Virginis Sponſe puriſſime Ego N.N. Te hodie in Patronum & Aduocatum meum ſingularem eligo, firmiterq; propono me nunquam Te derelicturum, immò ſemper & vbiq; Honorē & Cultum Tuum erga Te ducturum. A Te igitur peto ſupplicitèr, vt me in Clientem perpetuum ſuſcipias, omnibus diebus vitæ meæ in aduerſis ſolari, in rebus dubijs inſtruere, in periculis animæ & corporis defendere, ab hoſtibus viſibilibus & inuiſibilibus protegere, mi-

hiq;

hiq; hora mortis meæ, & maximè iam in extremo ſpiritu luctanti cum IESV & MARIA adeſſe digneris.

Pro ijs, qui ignorant latinam linguam.

O IOZEFIE S. mniemány Oycze y Opiekunie Páná y Zbáwićielá náſzego IEZVSA Chryſtuſá, kocháńy Oblubieńcu Mátki iego Pánny Przenayświętſzey MARYEY. Ia N N. ſobie dźiś Ciebie zá oſobliwego moiego Pátroná, Oycá y Opiekuná obieram, y ſtanowię mocno, záwſze y wſzędźie Honor y Chwałę Twoię, przed wſzytkiemi głośić. Proſzę Ciebie pokornie, abyś mnie zá (ſługę Twoiego) *vel* (ſłużebnicę twoię) przyiął, y mnie przez wſzytkie dni żywota moiego Oycem y Opiekunem był. We wſzytkich potrzebách moich Duſzy y Ciáłá moiego ratował. Od wſzytkich nieprzyiaćioł widomych y niewidomych bronił, od wſzelákiego niebeſpie-

ſpieczeńſtwá, nieſzczęśćia y złego przypadku záchował, á miánowićie w godźinę śmierći moiey, przybyway mi Oycem, Opiekunem, y Pátronem duſzey moiey z IEZVSEM y MARYĄ. Co day Chryſte IEZV, ktory żyieſz y Króluieſz z Bogiem Oycem, y Duchem S. ná wieki wiekow, Amen. *ſubiungit Sacerdos.*

℣. Adiutorium noſtrum in Nomine Domini.

℟. Qui fecit Cælum & terram.

℣. Sit Nomen Domini Benedictũ.

℟. Ex hoc nunc & vſq; in ſæculum.

℣. Saluos fac ſeruos tuos & ancillas tuas.

℟. Deus meus ſperantes in Te.

℣. Mitte eis auxilium de ſancto.

℟. Et de ſion tuere eos, (*vel* eas.)

℣. Nihil proficiat inimicus in eis.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.

℣. Ora pro eis Beatiſſime Pater IOSEPH.

℟. Vt digni efficiantur promissionibus Christi.
℣. Domine exaudi orationem meã.
℟. Et Clamor meus ad Te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

SAnctissimæ Genitricis tuæ Sponsi quæsumus Domine meritis adiuuemur, vt quod possibilitas nostra nõ obtinet, eius nobis intercessione donetur.

Debitum Tibi Domine nostræ reddimus seruitutis, suppliciter exorantes, vt suffragijs Beati IOSEPH Sponsi Genitricis Filij Tui Domini Nostri IESV Christi in nobis Tua munera tuearis, ob cuius veneranda merita, hos tibi famulos (& famulas) in perpetuum obsequium præsentamus.

Adesto igitur misericors Deus supplicationibus nostris, & hos famulos (& famulas) quos, *vel* (quas) ad Confraternitatem S. IOSEPHI suscipimus, per-

perpetua tribue firmitate corroborari, vt perseueranti proposito, in omni sanctitate, Tibi valeant famulari.

Benedicat ✠ Vos Conditor cæli & terræ Deus Omnipotens, qui vos eligere dignatus est ad Confraternitatem Sponsi Genitricis Vnigeniti Filij sui, quem precamur, vt in hora obitûs vestri, dignetur vobis adesse, vosq; post mortalis vitæ cursum ad æternæ hæreditatis Coronam suis suffragijs valeat perducere. Per Christum Dominum nostrum. ℟ Amen.

Deinde aspergat inscribendos aquâ Benedictâ, & moneat, vt eliciant actum Doloris & Contritionis in ordine ad Consequendam Indulgentiam Plenariam, & subiungat.

Ego authoritate qua fungor & mihi concessa, recipio vos ad Confraternitatem S. IOSEPH Sponsi Beatissimæ Virginis MARIÆ, & inuestio ac participes vos facio omnium Bonorum spiritualium eiusdem Confraternitatis. In Nomi-

Nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritūs ✠ Sancti. Amen.

Moxq́; instruet, quæ Obligationes, Conditiones requirantur. Festiuitates, Gratiæ, Priuilegia & Indulgentiæ, quæ & quando. postremò Nomina cum suis Cognominibus Albo Confraternitatis inscribet.

OFFICIVM DE *Seraphica Virgine & Matre* S. TERESSIA, Carmelitarum Discalceatorum ac Monialium Reformatrice.

Ad Matutinum.

DOmine labia mea aperies, Et os meum annuntiabit Laudem Tuam.

℣. Deus in Adiutorium meum intende.

℟. Do-

℟. Domine ad adiuuandum me festina.

℣. Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto.

℟. Sicut erat in principio & nunc & semper & in secula sæculorum, A.

HYMNVS.

AVe ô TERESSA
Sæculi pertæsa
Mente Cælis hærens
Solum Deum quærens.
Cupida perennis
Vitæ vix septennis
Vitam dare gaudes
Esse Martyr audes;
Laus sit Genitori
Nato & Amori
Ipsis coæterno
Æuo sempiterno.

Antiph: Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es! oculi tui Columbarum, absq; eo, quod intrinsecùs latet.

℣. Vir-

℣. Virgo cogitat, quæ Domini sunt.

℟. Vt sit Sancta, & Corpore, & Spiritu.

Oratio.

EXcita quæsumus Domine, in Ecclesia tua spiritum, cui B. TERESIA Virgo seruiuit, vt eodem nos repleti, studeamus amare, quod amauit, & opere exercere, quod docuit. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias. Et fidelium animæ per misericordiam Dei, Requiescant in pace. Amen.

Ad Primam.

DEus in Adiutorium meum intende, &c. *vt supra.*

HYMNVS.

Dùm mors abest voto
Corde temet toto;
Quem sic dilexisti
IESV deuouisti.

Ad

Ad Reginam Cæli
Præſidem Carmeli
Saluans te in monte
Cucurriſti ſponte.

Antiph: Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea, inter filias.

℣. Ego autem ſicut oliua fructifera, in domo Dei.

℟. Speraui in miſericordia Dei, in æternum.

Oratio.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter, vt ſicut de B. TERESIÆ Virginis Tuæ, commemoratione gaudemus, ita cæleſtis eius doctrinæ pabulo nutriamur, & piæ deuotionis erudiamur affectu. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias. *&c. vt ſupra.*

Ad Tertiam.

DEvs in Adiutorium meum intende, &c. *vt ſupra.*

Hy-

HYMNVS.

HIc quàm degis piè,
Filia MARIÆ
Quod ſubis labores,
Tot capis Honores.
Amans & amata
Deo: ter Beata
Nos amoris Tui
Fac ardore frui.

Antiph: Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo.

℣. Gaudebit Sponſus, ſuper Spōſa,
℟. Et gaudebit ſuper te, Deus tuus.

Oratio.

DA nobis quæſumus Domine Deus noſter heroicas S. TERESIÆ Virginis tuæ virtutes inceſſabili deuotione venerari: vt quam digna mente non poſſumus celebrare, humilibus ſaltèm frequentemus obſequijs. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

℣. Benedicamus Domino, ℟. Deo gratias, *&c. vt ſupra.*

Ad

Ad Sextam.

DEvs in Adiutorium meum intende, &c. vt supra.

Hymnus.

SAlue TERESA Cælitum
Ornata Mater Spiritu
Quæ sanctitatis omnium
Es æmulata gloriam.
Amore certas Angelis,
Te Patriarcharum Choro
Iungit, labore quòd Tuò
Carmelus instauratus est,
Dotata vatum munere
Zelo refers Apostolos,
Spe Martyres dùm Numini
Septennis offers sanguinem,

Antiph: Introduxit me Rex in cellam vinariam: ordinauit in me Charitatem.

℣. Deduxit illam Dominus, per vias rectas.

℟. Et ostendit illi Regnum Dei.

Oratio.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, vt fortia quæq; confundas: quiq; per Beatam TERESIAM magnalia plurima peregisti; ex eius nobis imitatione tribue, pro amore Tuo prospera mundi despicere, & nulla eius aduersa formidare. Per Christum Dominum nostrum, Amen

℣. Benedicamus Domino, ℟. Deo gratias. *&c. vt supra.*

Ad Nonam.

DEus in Adiutorium meum intende, &c. *vt supra.*

HYMNVS.

INfusa mens Cælitùs
Doctrina, Te Doctoribus
Amorq; solitudinis
Eremi adæquat incolis
Tu Virginale lilium
Amoris icta Cuspide,
Desponsa Clauo, Virginis
Sponsum mereris Filiū.

O quale votum concipis
Cunctis stupendum sæculis
Hoc exequendi nosceres
Quod esset perfectissimum,

Antiph: In me sunt Deus vota tua, quas reddam laudationes tibi.

℣. Amauit eam Dominus, & ornauit eam.

℟. Stolam Gloriæ induit eam.

Oratio.

COncede quæsumus omnipotens Deus, vt ad meliorem vitam S. TERESSIÆ exemplum nos prouocet: vt cuius commemorationem agimus, etiam actus imitemur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

℣ Benedicamus Domino, ℟. Deo gratias, &c. *vt supra.*

Ad Vesperas.

DEvs in adiutorium meum intende, &c. *vt supra.*

HYMNVS.

FÆcunda Carmelitidum
Mater, decusq; virginum.
In vniversa Ecclesia,
Ceu sol micans TERESIA
Euge ô Magistra spiritûs,
Perfectionis semitam
Nos edoce, vt Cælestium
Amore flagrent pectora.
Amore IESV vt Tui,
Necem Teressa pertulit.
Amore IESV plùs Tui
Quàm febre languens occidit.
DEO Patri sit Gloria
Eiusq; Nato, & Pneumati,
TERESSIÆ quòd gratiam
Concessit, atq; Gloriam. Amen.

Anth: Veni de Libano Sponsa mea, veni de Libano, veni coronaberis.

℣ Posuisti Domine, in Capite eius.

℟ Coronam, de lapide pretioso.

Oratio.

DEvs humilium Celsitudo, qui B. Virginem TERESSIAM, Sanctorũ

Tuo-

Tuorum gloria sublimasti: eius intercedentibus meritis, tribue nobis, gloria coronari in Cælis. Per Christum Dominum nostrum, Amen

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias, &c. *vt supra.*

Ad Completorium.

COnuerte nos Deus Salutaris noster. Et auerte iram tuam, à nobis.

Deus in Adiutorium meum intendo, &c *vt supra.*

HYMNVS.

HÆc est dies, quâ Candidæ
Instar Columbæ, Cælitum
Ad sacra templa spiritus
Se transtulit TERESIÆ.
Sponsiq; voces audijt
Veni Soror de vertice
Carmeli ad Agni nuptias
Veni ad Coronam gloriæ
Te Sponse IESV Virginum
Beati adorent ordines,

Et nuptiali Cantico
Laudent per omne sæculum, Am.

Antiph: Veni Sponsa Christi, accipe Coronam, quam tibi Dominus præparauit in æternum

℣. In Cælestibus Regnis, TERESSIÆ habitatio est.

℟. Et ibi in æternum, requies eius.

Oratio.

DEus, qui nos conspicis, ex nostra infirmitate deficere, ad amorem tuum nos misericorditer per Sanctæ Virginis Tuæ TERESSIÆ exempla restaura, vt quam veneramur in terris, de eiusdem etiam consortio gaudeamus in Cælis. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Benedicamus Domino. Deo gratias.

Benedicat & Custodiat nos omnipotens & misericors Dominus, Pater & Filius, & Spiritus S. Amen.

℣. Exora Dominum S. TERESSIA.

℟. Vt numero & merito, crescat Ecclesia.

Com-

Commendatio.

Magnæ Tibi, paruas, quas offero suscipe Laudes,
Pro precibusq; preces, redde Teressa Tuas.

LITANIÆ.
De S. Virgine TERESSIA.

KYrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson, Iesv Christe audi nos. Iesv Christe exaudi nos.
Pater de Cælis Deus, Miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, Miserere nobis.
Spiritus S. Deus, Miserere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miserere nobis.
S. Maria. Ora pro nobis.
S. Ioseph. Ora.
S. Teressia. Ora.
Virgo & Mater. Ora.
Mater fœcundissima. Ora.

Mater & Virgo inuictiſſima.
Mulier fortis.
Decus mulierum.
Pratum inſigne virtutum.
Iubar fidei.
Mons ſpei.
Arx Charitatis.
Flamma deuotionis.
Magiſtra Orationis.
Flumen Sapientiæ
Exemplum Pænitentiæ.
Speculum Gratitudinis.
Acies fortitudinis.
Margarita Obedientiæ.
Adamas Patientiæ.
Theſaurus Paupertatis.
Exemplar Humilitatis.
Domiciliū Caſtitatis.
Typus Magnanimitatis.
Centrum Sanctitatis.
Norma Perfectionis Religioſæ
Hæres virtutum S. Patris Tui
Prophetæ Eliæ.
Carmeli reparatrix illuſtriſſima.

Ora pro nobis. Ora pro nobis. Ora pro nobis.

Mun-

Mundi Contemptrix Nobilissima.
Dei amatrix ardentissima.
Diuinarum affectionum cumulatissima.
Cultûs Diuini Zelantissima.
Eximia Theologiæ Mysticæ Magistra.
Oliua fructifera in domo Dei.
Vitis abundantissima.
Vitis palmites suos longè lateq; diffundens.
Cypressus altæ Contemplationis.
Fons eggrediens de paradiso & irrigans Ecclesiam aquâ doctrinæ Cælestis.
Calamus Spiritûs Sancti.
Ingens mundi Oraculum.
Templum Spiritûs Sancti.
Seraphico amore flagrans.
Nuntia Regis superni.
Martyr voluntaria.
A lethali culpa præseruata.
Puritate insigni ornata.
Ab Angelo sauciata.

Ora pro nobis. Ora pro nobis. Ora pro nobis.

Crucis Clauo desponsata.
Deiparæ Virginis, S. IOSEPH, & Sanctorum apparitione sæpè dignata.
Ante triumphum Coronata
Amoris Dei incendio necata.
A Deipara Virgine Monili decorata.
A Beato IOSEPH veste pretiosa de Cælo amicta.
Prophetiæ Spiritu Celebris.
Potens opere & Sermone.
Lucerna ardens & Lucens
Gloria & decor Carmeli.
Splendor statû Religiosi.
Sub Columbæ Specie euolans ad Cælum.
In cuius morte arbor arida effloruit.
Cui Christus inter Angelorum agmina obuius in vltimo agone apparuit.
Cuius Corpus incorruptum liquore odorifero vsq; adhuc Circumfusum.

Ora pro nobis. Ora pro nobis. Ora pro nobis.

Aduo-

Aduocata nostra. Intercede pro nobis.
A periculis animæ & Corporis. Libera nos S. Mater Teressia.
Ab amissione Gratiæ Dei. Libera nos S. Mater Teressia.
A subitanea & improuisa morte. Libera nos S. Mater Teressia.
Ab æterna damnatione. Libera.
Ab omni peccato. Libera.
Ab omnibus tentationibus. Libera.
Ab incursibus nociuis dæmonum. Libera nos S. Mater Teressia.
Per dulcissimum Nomen Iesv. Libera nos S. Mater Teressia.
Per Iesvm Mariam & Ioseph. Libera nos S. Mater Teressia.
Per merita tua. Libera nos.
Per ardentissimam Caritatem tuam. Libera nos S. Mater Teressia.
Peccatores. Te rogamus audi nos.
Vt nobis fidei, spei, & Charitatis augmentum impetrare digneris. Te rogamus audi nos.

Vt nobis ſpiritum orationis impetrare digneris. Te rogamus audi nos.
Vt nos Caritate diuinâ inflammare digneris. Te rogamus audi nos.
Vt omnem deuotionem in nobis augegere digneris. Te rogamus.
Vt nobis in omnibus neceſſitatibus ſuccurrere digneris. Te rogamus.
Vt in hora mortis noſtræ à dæmonum poteſtate ſecuros nos reddere digneris. Te rogamus.
Vt ſummum Pontificem, vniuerſamq; Eccleſiam ſuffragijs ſubleuare digneris. Te rogamus.
Vt noſtras preces exaudire digneris. Te rogamus audi nos.
Patrona noſtra. Te rogamus.
Virgo & Mater Seraphica. Te ro.
IESV Chriſte audi nos.
IESV Chriſte exaudi nos.
℣. Ora pro nobis S. Virgo & Mater TERESIA.
℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Ora-

Oratio.

INteruenia t pro nobis, quæsumus Domine, Sancta & Seraphica Virgo & Mater TERESSIA, quæ Crucis mortificationem iugiter in suo Corpore, pro tui Nominis Honore portauit. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

HYMNVS.

De B. IOANNE à Cruce Coadiutore S. Matris & Seraphicæ V. TERESSIÆ in Reparato Carmelo, cuius Festi dies 14. Decembr: agitur.

VIue semper ô Beate
Cælestis Parentis Nate
Amor Crucis IOANNES.
Viue Orbi Crucifixe
Cum Paulo Christo Confixe,
O Athleta inuicte.

Pati

Pati ante voluisti,
Et Contemni elegisti
Pro tuo Amatore.
Nunc iam collata præmia
Transactâ mundi viâ
Te digna recipe.
Pridem pridem inuitabat
Te Largitor, & clamabat
Quid vis pro laboribus?
Sed Tu tamen noluisti
Quamuis semper meruisti
Præmiari à Deo.
Ergo dum iam consummasti,
Et optimè decertasti
Hoc certamen laborum.
Subde Caput Triumphator,
Magne Crucis Imitator
Coronæ Iustitiæ.
Quam vt & nos reportemus,
In nostro fac, vt portemus,
Tuam Crucem, Corpore. A.

Antiph: Christo confixus sum Cruci, in qua ego viuo, vt viuat in me Christus, per quem mihi mundus Cru-
cifi-

cifixus est, & ego mundo Gloriabor in tribulatione; quia omnia bona venerunt mihi pariter cum illa.

℣. IOANNES, quid vis pro laborib⁹?

℟. Domine pati, & cõtemni pro Te

Oratio.

DEus qui B. IOANNEM Confessorẽ tuũ perfectæ sui Abnegationis & Crucis amatorem eximium effecisti; concede: vt eius imitationi iugiter inhærentes, gloriam assequamur æternam.

Oratio 2da.

DEvs qui ex antiquo Carmeli ordine Tuæ Genitrici Virgini MARIÆ dicato, B IOANNEM Confessorem Tuum ad arctam Crucis & Orationis ac mortificationis viam referandam segregasti: da nobis eius meritis & exemplis, eadem via sine offensione incedere, & ad Cælestem Patriam feliciter pervenire, Qui viuis & regnas

gnas cum Deo Patre & Spiritu Sancto in sæcula sæculorum Amen.

ANTIPHONA.

De SS. Ordinis Carmelitani.

CHristi pia gratia Sanctos sublimauit, quos Beatæ Virginis Ordo propagauit, nos eorum meritis petimus adiuuari, atq; suis precibus Deo Cõmendari.

℣. Sancti tui Domine, Benedicent Te.

℟. Gloriam Regni Tui dicent, & potentiam Tuam loquentur.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus qui montis Carmeli Ordinem gloriosæ Virginis Matris MARIÆ Sacrato Titulo insignitum, Sanctorum tuorũ Eliæ & Elisæi Prophetarum, Angeli & Anastasij Martyrum, Cyrilli & Alberti Confessorum, Euphrasiæ & Euphrosynæ Virginum, atq; aliorum plurimo-

rimorum Sanctorum meritis decorasti, & per Sanctam Virginem TERESSIAM ac B. IOANNEM à Cruce mirabilitèr instaurasti: tribue nobis quæsumus, vt per eorum merita & suffragia ad Te peruenire valeamus. Per Christum Dominum

LITANIÆ
De Septena effusione Sanguinis Domini Nostri IESV Christi & eius Vulneribus.

KYrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson. IESV Christe Vulnerate audi nos. IESV Christe Crucifixe exaudi nos.

Pater de Cælis Deus,
Fili Redemptor mundi Deus,
Spiritus Sancte Deus,
S. Trinitas vnus Deus,
IESV qui ad fundendum sanguinem, & ad Vulnera Patri Tuo Te obtulisti.
IESV qui ad suscipienda Vulnera Incarnatus es,
} Miserere nobis.

IESV

Iesv qui ad ſubeunda Vulnera in mundum de Virgine natus es.
Iesv qui primitias Sanguinis & Vulnerum tuorum in doloroſa Circumciſione Patri pro nobis obtuliſti,
Iesv orans in Horto ad Patrem Tuum, Sudorem Sanguineum copioſum fudiſti.
Iesv qui ad fundendum Sanguinem diram & Cruentam flagellationem ac Vulnera ſubijſti
Iesv qui horrendo illo ſpinoſo diademate ſanctum Caput tuum Vulnerare permiſiſti.
Iesv cuius S. Vulneratum Caput multo Sanguine Tuo manabat.
Iesv qui Crucem baiulans, graue Vulnus Brachio ſancto Tuo intuliſti.
Iesv ſub oneroſa Cruce vſq; ad montem Caluariæ de Sanguine tuo innumerabiles guttas ſparſiſti.

Miſerere nobis.
Miſerere nobis.
Miſerere nobis.

Iesv

IESV Manu dexterâ ad Crucem affixe.
IESV Manu sinistrâ in Cruce suspense.
IESV in Pede dextro Clauo ferreo in Cruce transfixe.
IESV in Pede sinistro Clauo ferreo in Cruce, perfosse.
} Miserere nobis.

IESV ex Cuius Vulneribus manuum, Pedum, ac totius Corporis in Passione & Cruce abundantèr Sanguis manauit.
IESV in Cruce & morte Tua in Latere & Corde Tuo vulnerate.
IESV ex cuius Latere in Cruce in remissionem peccatorũ meorũ pretiosus sanguis & aqua fluit
} Miserere nobis.

IESV qui Passus, Vulneratus, Crucifixus, Mortuus & Sepultus es amore mei.
IESV per quinq; & alia omnia vulnera tua.
IESV per septies effusum Sanguinẽ Tuum pretiosum,
} Miserere nobis.

IESV qui tollis peccata mundi. Parce animæ meæ peccatrici.

IESV qui tollis peccata mundi. Exaudi me clamantem ad Te.

IESV qui tollis peccata mundi. Miserere mihi nunc & in hora mortis meæ.

IESV Christe audi nos.

IESV Christe exaudi nos.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.

Pater Noster, &c.

℣. Et nè nos inducas, in tentationẽ.

℟. Sed libera nos, à malo.

℣. Foderunt manus Tuas & pedes Tuos, Domine IESV.

℟. Dinumerauerunt omnia ossa Tua.

Oratio.

DOmine IESV Christe, Qui de Cælis ad terram de Sinu Patris descendisti, & Sanguinem Tuum pretiosum de sacro Corpore Tuo septies in remissionem peccatorum fudisti; Te humi-

humiliter deprecamur, vt in die Iudicij, ad dexteram Tuam audire mereamur: *Venite Benedicti.* Qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum, Amen.

Oratio ad Christum.

ANima Christi Sanctifica me,
Corpus Christi ſalua me.
Sanguis Christi inebria me,
Aqua lateris Christi laua me,
Paſſio Christi conforta me,
O Bone IESV exaudi me,
Intra Vulnera Tua abſconde me.
Nè permittas me ſeparari à Te,
Ab hoste maligno defende me,
In hora mortis meæ voca me,
Et iube me venire ad Te,
Vt cum Sanctis Tuis laudem Te,
In ſæcula ſæculorum, Amen.

Nobis summa TRIAS, *parce precantibus;*
Da IOSEPH *meritis, ſydera ſcandere:*
Vt tandem liceat, non Tibi *perpetim,*
Gratum promere canticum. AMEN.

[illegible] Te

[illegible] mentur, ut [illegible]

[illegible] Tuam [illegible]

[illegible] Qui vivis

[illegible] in secula seculorum. Amen.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] Trinitatem Te,

[illegible] seculorum. Amen.

[illegible]